C V D

A I G G

1 6 1 2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0001-7
DFG

S. a. 117

Theologie
B. IV. 120

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0004-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0005-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0006-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0008-6

יוֹאֵל הַנָּבִיא

IOEL PROPHETA.

CVM TRANSLATIONIBVS FONTIS EBRAICI: CHALDAICA, GRAECA, LATINA, GERMANICA, AC EXPLICATIONE PROPHETIÆ: ET INDICE REGNI CHRISTI.

DOCTOR JOHANNES DRACONITES.

Ioel. 3.

Omnis qui inuocauerit nomen Domini: saluus erit.

VITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES CRATO.
ANNO M. D. LXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0009-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0010-7

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO: DOMINO AVGVSTO SAXONIÆ DVCI: SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARSCHALCO ET ELECTORI: Landgrauio Thuringiæ: Burggrauio Magdeburgensi: Domino suo clementissimo: Ioannes Draconites pacem Dei per CHRISTVM precatur.

E QVIDEM propter aduentum saluatoris nostri IESV CHRISTI valde lætor: AVGVSTE princeps Elector illustrissime: terram vniuersam tui principatus, donis Spiritus sancti ceu radijs solis iusticiæ diuinitus illustrari: precorq́ Deum, vt illa semper augeantur & præpolleant vsq́ in diem CHRISTI. Sunt enim certa signa, tuam pietatem in catalago principum eorum scriptam esse, de quibus Prophetiæ cecinerunt: Aperite portas vestras principes, vt Ps. 24.
ingrediatur rex gloriæ: Osculamini filium, ne irascatur: re- Ps. 2.
ges erunt tui nutricij, & reginæ eorum tuæ nutrices. Esa. 49.

Ego verò gratias acturus sanctæ Trinitati, pro donis tribus: non potui materiam inuenire digniorem, Prophetia Ioëlis: in quo, ceu speculo, contemplor: omnipotentis & sempiternæ Deitatis, essentiam quidem ac voluntatem simplicem & vnicam esse, verum tres personas, quamuis distinctas proprietatibus, tamen cooperantes, vt in creatione mundi, sic in saluatione generis humani. Proinde, si Ioël tanti factus est à spiritu Dei & CHRISTI: vt in die Pentecostes hanc Prophetiam doctrinæ noui testamenti, per os Petri fun- Act. 2.
damentum iecerit: & posuerit eandem firmamentum articuli iustificationis, per os Pauli. Ro. 10.
Sit etiam mihi, discipulo spiritus infimo, dignissimus: qui Deo gratias acturo pro donis suis, materiam suppeditet: certè non in aliud, nisi vt Prophetico testimonio, dona spiritus celebrem, tuæq́ celsitudini gratuler signa felicitatis æternæ.

PRimum ergo donum gratia dignum est: verbi ministerium τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντα hoc est, tam distinctè lege pænitentiam, Euangelio fidem, Ecclesiæ proponens: quàm CHRISTVS vniuersam doctrinam Propheticam & Apostolicam, tribus Matth. 4.
verbis, μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε, complectitur, methodo Ioëlæa.

Sicut enim Ioël capitulis duobus prioribus, docens pænitentiam: iubet Decalogi præuaricatores scindere corda non vestimenta, id est, veram agere pænitentiam, vt Ps. 51.
Dauid: Promittens resipiscentibus, decalogi benedictionem & liberationem ab hoste Babylonico: minitans autem nolentibus resipiscere, Decalogi maledictionem, & vastationem Babylonicam: quæ damnationem in dorso fert non resipiscentibus perennem. Ita verbi ministerium veram pænitentiam docens, instar Baptistæ: legis explicatione tali, quali Paulus vtitur: Promittit, decalogum seruantibus, benedictionem: transgredientibus autem sine fine, decalogi maledictionem, gladium magistratus, per Gogum vastationem, ignem æternum.

Hæc pænitentialis doctrina, mirificè quidem conducit ad Dei timorem & iusticiam legis externam: alitq́ pacem communem, & disciplinam publicam. Sed quia nulla caro legis operibus potest coram Deo iustificari: nilq́ habere possunt, miseri mortales, ab optima legis doctrina: præter agnitionem peccati, clamoremq́ è profundis ad Deum, ut propter misericordiam in CHRISTO promissam, remittat peccata gratisq́ vitam largiatur æternam: verè lex nil est aliud, nisi pædagogus ad CHRISTVM. Gal. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0011-2

Deut.18. Sicut ergo Ioël (Mosen imitans dicentem: hunc audite) propter conscientias, legali concione priorum capitum, perturbatas: tertio capite transit ad concionem Euangelicam de CHRISTO. Qua concionem pœnitentialem ceptam: doctrina fidei de remißione peccatorum consequenda, per CHRISTVM, absoluit. Sic verbi ministri CHRISTVM imitantes: post doctrinam pœnitentialem, resipiscentibus, tam fideliter prædicant remißionem peccatorum in nomine CHRISTI: quàm Ioël tertio capite vaticinatus est, de toto regno CHRISTI, de verbi ministerio, de Ecclesia catholica, de sancta Trinitate: verbis adeo mirandis, & propemodum inexplicabilibus, vt si coner vtilitatem Euangelici ministerij in Ecclesiam manantem verbis explicare: coner digito cœlum attingere. Si namq; montes omnes huius terræ forent aurei: non possent æquare precium cognitionis sanctæ Trinitatis, ac trium beneficiorum incomparabilium, quæ per ora verbi ministrorum, spiritus sanctus, indies, gentibus tuis offert Euangelio credentibus, methodo Ioëlæa: nedum gloriam AVGVSTO nomini tuo fulsuram in omnem æternitatem: ex eo, quòd fers in terra, quæ non ferunt ij, qui sedentes in cathedra Mosi, claudunt subditis regnum cœlorum, ipsimet non ingredientes.

PRimum beneficium est, cognitio voluntatis & amoris Dei patris: ideo donantis mundo perdito filium vnigenitum, vt doceat iusticiam, & credentibus, gratis, vitam largiatur æternam. Quod Ioël expreßit imperatiuè, dicens: addita ratione גילו כי ייי נתן לכם את המורה לצדקה Per יהוה volens intelligi, primam trinitatis personam, Deum sempiternum & omnipotentem, patrem omnis creaturæ, fontemq; beneficiorum omnium. Per antem המורה לצדקה eundem qui dicit Esa. 63. אני מדבר בצדקה רב להושיע puto, Filium de Patre genitum, ante dies æternitatis (vt Micha loquitur) postea natum hominem, ex Maria virgine: vt doceat iusticiam, id est, hanc esse patris voluntatem, vt omnes filio credentes iusti reputentur, habeantq; gratis vitam æternam. Est hoc beneficium tam magnum & ineffabile: vt ipsemet Dei Filius admiretur inquiens. Sic Deus
Ioan.3. dilexit mundum, ut Filium suum daret vnigenitum: vt omnes illi credentes, non pereant, sed habeat vitam æternam. Stupefactus igitur ego quoq; admiratione, paternæ voluntatis, erga nos pulueres: non possum inuenire verba, quibus patri gratias agam, pro donato mihi filio: sed nuda promißione filij contenta mea fides, it cubitum ac dormit, quoad re-
Ioan.6. suscitet, ab eo qui dixit: Hæc est voluntas patris, vt in nouißimo die, resuscitem omnes credentes, ad vitam æternam.

QVod autem beneficium est Augustius & incomparabilius, cognitione secundæ personæ trinitatis: imaginis, sapientiæ, lucis, patris æterni, puto filij Dei, suum amorem erga genus humanum, non tantum eò declarantis, quòd voluntatem patris, iuxta promissiones, impleuit: sed etiam per ministerium patri colligit Ecclesiam catholicam, vsq; in diem extremum.

Ac primum his verbis: predicabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit inter vos mirabilia: fundans per Ioëlem verbi ministerium: nil aliud doceri vult à ministris omni-
Matt. ult. bus, nisi quod ipse præscripsit, inquiens. Docete gentes omnes, quæ præcepi vobis omnia:
Act.17. Baptisantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Paulus vniuersam testamenti noui doctrinam: quasi præparationem ad iudicium extremum: tanquàm vno fasce complectebatur Athenis, inquiens: tempus ignorantiæ nostræ dißimulauit hactenus Deus: nunc autem mandat omnibus hominibus: vt pœnitentiam agant, & credant in eum virum, quem excitauit ex mortuis: per quem decreuit orbem terræ iudicare cum iusticia.

Ecce autem quàm magno CHRISTVS honore cum ministros verbi, tum auditores eorum, afficit: dum verbis hisce (populus meus non pudefiet inæternum) pronunciat,

at, auditores ministrorum credentes, esse populum suum, promittitq; eis vitam æternam: sicut Ioan. 10. dicit, ouibus meis, Vocem meam audientibus, do vitam æternam. Vniuntur in CHRISTO coniunctißimè ministerium & Ecclesia. Sicut enim verbi ministerium est, cætus pastorum animarum, haud aliter CHRISTVM ex Prophetis cognitum prædicantium: quàm pastores Bethlæmæi, quicquid audierant ex angelis, de puero IESV, prædicarunt. Ita catholica Ecclesia est cætus: non aliter verbi ministerio credentium, quàm Maria pastorum verba de CHRISTO seruabat in corde suo. Lucet clarius Luc. 2.
ex Ioële, quàm è cœlo sol: in valle Iosaphat & decisionis, sedentem ad iudicandum: esse Dominum nostrum IESVM CHRISTVM: vnum caput, vnum doctorem, vnum iudicem המונים המונים *id est, omnium Ecclesiarum, purum in mundo verbum habentium.*

Proinde quia verbum Dei non solum ideo caro factum, vt orbe redemto, sedens ad dextram patris, effuso spiritu, per ministerium colligeret Ecclesiam, usq; in diem extremum: verum etiam, ut venturus è cœlo iudex, ab omnibus, vt homo, conspiceretur. Sic enim confitetur ipsemet dicens: Pater filio dedit potestatem iudicandi: quia filius hominis Ioa. 5.
est. Confidamus, certò statuentes: ministerium Euangelij neutiquàm interiturum: nec perituram Ecclesiam, viuente & regnante CHRISTO. Quod verum esse testatur ipsemet per Ioëlem dicens אשב לשפט שם *Quid enim vult aliud promittere, sedens ad dextram Patris: quàm se collecturum Ecclesiam, per ministerium, vsq; in diem extremum: quo veniens è cœlo, sedebit in throno maiestatis: omnes eos qui restiterunt Euangelio CHRISTI, damnaturus ad ignem æternum: nobis autem resuscitatis, instar corporis sui, daturus vitam æternam.*

ECquid autem vtilius Ecclesiæ, cognitione tertiæ personæ Trinitatis, Spiritus sancti? qui procedens à voluntate Patris, mittitur per Filium in pectora Euangelio credentium: vt ea sanctificet, Doceat, moueat ad agendum omnia quæ conferunt ad iusticiam & vitam æternam. Discernit autem Ioël personam Dei Spiritus sancti, à persona Dei Patris, & à persona Dei Filij, tribus proprietatibus: quibus complectitur ea, quæ dicuntur in Scripturis, De spiritu sancto.

Primum ait אשפוך רוחי על כל *docens: mitti, per verbum Dei, Spiritum sanctum in corda: non solum in hoc, vt varijs donis ministerium & Ecclesiam, sanctificet, regatq;: verum etiam vt maneat cum sanctis perpetuò, teste Scriptura: Spiritus meus qui est* Esa. 59.
in te, & verba mea quæ posui in ore tuo: non recedent à te, nec ab ore tui seminis, in perpetuum.

Dein ait ונבאו *docens: totius ministerij doctrinam sanam, venire à Spiritu sancto: misso ad docendum Patrem & Filium cognoscere.*

Tertiò dicit אשר יקרא בשם יהוה *indicans: Spiritum sanctum esse doctorem etiam inuocationis, id est, totius cultus, à ministerio spiritus, præscripti Ecclesiæ catholicæ. Sic Paulus etiam inuocationem expingit, dicens: Quisquis inuocat nomen Christi, re-* 2. Ti. 2.
cedat ab iniquitate. E quo perspicuè fulget: Spiritum sanctum, eodem flagrantem amore nos saluandi, quo Pater & Filius ardet: per ministerium in hoc Ecclesiæ dari, vt perficiat quod Pater incepit per Filium: adeoq; reliquias in carne peccati mortificet: & pigram carnem exuscitet, ad facienda quæ Deus præcepit, opera bona.

Verum quid ego puluis & vmbra de Spiritu Dei Patris & Dei Filij omnipotente: loqui coner plura? Siquidem hic Spiritus solus, omnia sancta, cogitat, dicit, facit: & huius spiritus expers, nec Deum nouit, nec saluus erit. Quinetiam sanctificator, in extremo die, resuscitatis piorum corporibus solus, vt Patris & Filij Spiritus, erit omnia in

Rom. 8. *omnibus, ſpirans in omnem æternitatem. Cui ſententiæ Paulus ſubſcribit dicens: ſi ſpi-*
ritus eius qui ſuſcitauit IESVM ex mortuis, habitat in nobis: conteſtans ſpiritui no-
ſtro, quòd ſimus Filij Dei: qui ſuſcitauit IESVM CHRISTVM ex mortuis,
ſuſcitabit & noſtra mortalia corpora, propter ſpiritum in nobis habitantem.

Hæc de Spiritu ſancto recitans: letor quidem in terra purè doceri: vnam eſſe τὴν
οὐσίαν Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Tres autem ὑποστάσεις licet proprietatibus diſtin-
ctas, attamen ὁμοουσίους & coæternas. Sed interim miſericordia tangor humanæ miſeriæ:
Doleoq́ naturam generis humani, tam corruptam orginis vicio, tamq́ maledicto legis con-
demnatam: vt nec ſuopte arbitrio, nec vllius creaturæ auxilio, ſaluari perpetuò queat, niſi
Io. 14. *diuina Trinitas, in eius ſaluatione perpetua, cooperetur. Horſum Scripturæ: Nemo*
Io. 15. *venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum: ſine me nil facere poteſtis: qui Spiritum Chri-*
Ro. 8. *ſti non habet, non eſt Chriſti.*

Quare meritò Spiritus ſanctus in Eccleſia catholica, diem Feſtum inſtituit Trini-
tati ſacrum: vt in eo præcipuè doceretur & diſceretur: quomodo ſancta Trinitas, propter
hanc miſericordiam ineffabilem concelebrari debeat indies, ab omnibus vſq́ in diem ad-
uentus CHRISTI. Rogoq́ humillime Regiam Maieſtatem, ne luem iſtam ferat in
regno ſuo, quæ Trinitatis nomen ex Eccleſia reijcit, à Trinitate reiecta: ni reſipiſcat. Quod
enim vocabulum antiquitas inuenire potuit, aptius ad exprimendum: vnius omnipoten-
tis & ſempiternæ diuinitatis, eſſe tres quidem perſonas ὁμοουσίους, & omnia ſimul conden-
tes: ſed ita proprietatibus tamen diſtinctas, vt Eccleſia verè canat: aliam eſſe perſonam
Patris creatoris, aliam perſonam Filij redemtoris, aliam perſonam Spiritus ſanctificato-
ris. Cui Deo trino & vni ſit laus & gratiarum actio: pro cunctis beneficijs in omnem
æternitatem.

QVemadmodum verò Dominus IESVS vult, indies orari patrem, non ſolum vt
dona ſpiritualia & corporalia largiatur, huic vitæ miſeræ, breuiq́ neceſſaria: ve-
rum etiam, vt præſentia ſua dignetur arcere, quicquid eripere dona queat: addita ratione,
quòd ipſe ſolus omnia dare conſeruareq́ poſſit. Ita meus amor erga tuam celſitudi-
nem, iubet, gratias agere, pro dono ſecundo, videlicet dicaſterio regiminis protegente mi-
Pro. 20. *niſterium, & omne malum coërcente, ſecundum illud: Rex ſedens in ſolio iudicij, diſpergit*
oculis ſuis omne malum. Per iudices namq́ dicaſterij, velut oculos regiminis (qualeis eli-
2. Chro. 19. *gebat Ioſaphat) ideo protegit Decalogum ſeruantes, plectit tranſgredientes: ne, propter*
Gen. 19. *impunitatem priuatorum delictorum, vniuerſa terra puniatur. Nam ſi propter impunita-*
tem blaſphemiæ & luxuriæ, Sodoma & Gomorrha cælitus conflagrarunt. Et Ioel ait:
niſi pænitentiam agant Iudæi: tyrannum Babylonicum terram euerſurum. Satius eſt:
miniſterium defendi iuſticia dicaſterij, legibuſq́ iniquitatem puniri: quàm Deum iratum,
propter impunitatem ſcelerum, mittere Gogum qui deuaſtet terram. Cuius pax communis,
in hunc, velut ſcopum, directa eſt: vt miniſterio verbi præparentur omnes homines ad iu-
2. Pe. 2. *dicium extremum. In quo Deus creabit nouum cœlum & nouam terram, in quibus habi-*
tat iuſticia: conſumtis hoc cœlo & his elementis igne, cum fragore magno, cunctiſq́ operi-
bus in terra combuſtis: impijs omnibus damnatis ad gehennam. Quoniam ergo noua obe-
dientia, in templis docta: velut altrix pacis communis & diſciplinæ publicæ, iuuatur &
defenditur, à iuſticiæ ſacerdotibus iureconſultis, in Dicaſterio: vel ideo ſint agendæ gra-
tiæ, pro tali iuſticiæ adminiſtratione: quia reuera pars eſt eius præparationis ad iudicium,
de qua Petrus: Expectantes illum diem, operam date, vt immaculati & inculpati à Do-
mino, in pace, reperiamini.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0014-9

DE tertio dono puto verbi Dei studio, præstaret omnino silere quàm pauca dicere: nisi proforet exemplum diuinitatis, Ecclesiæ CHRISTI. Quid enim laudabilius in principe: quàm Dei cognitionem, vitam æternam, in eo libro quærere, de quo Christus ait: in libro de me scriptum est: tamq; diligenter in eo legi præcipit, quàm regibus Israëlis Ps. 41.
mandarat legere Deuteronomion? Quid magis paternum in Principe: quàm felicitatem Deut. 17.
haustam è libro Dei, subditis omnibus impertiri legendam, vulgatione Bibliorum emendatissimorum: sicut almæ reginæ tuæ parens Christiernus pius daniæ rex, subditis Biblia magno sumtu vulgauit? E quo verò magis splendet, quàm ex omnibus AVGVSTVM principem inter eos numerandum esse, de quibus CHRISTVS ait: Habenti datur vt Matth. 13.
plus habeat? Nam si clarius sole fulget, ex donis prædictis beneficijsq;, CHRISTVM in eius terra viuere & regnare: quid obsecro plus habere salutis & gloriæ poßit hæres æternæ vitæ: quàm si CHRISTVS in eius terra, doctrinam præceptorum ex fontibus Solymis & Græcis haustam: ijsq; probandam, esse Propheticam & Apostolicam: non modo prælectione fontium iugi conseruaret, propagaretq;: sed etiam pentapli CHRISTVM monstrantis vulgatione, plures in omnibus regnis animas CHRISTO lucrifaceret, quàm in propria terra monumento suis Ecclesiis relicto: nedum ad imitandum exemplum hoc, inflammaret omnes reges & principes mundi?

Hanc ergo, de causis leticiæ meæ Christianæ, testificationem Propheticam: à me publicitus fieri, propter Ecclesiæ Dei salutem, & domus Saxonicæ gloriam: scio boni consulet tua sapientia, princeps magnanime. Primum enim volebam publicus esse testis: ministerij doctrinam, dicasterij iusticiam, verbi Dei studium, placere iudici venturo. Deinde studebam eo consilio: pentaplo, id est, explicatione fontis Solymi quadrupla, regniq; CHRISTI monstratione: doctrinam terræ per organa Christi factam: confessamq; per antecessores coram Cæss. & toto mundo, confirmare: probareq; omnibus mundi regibus & principibus, esse Propheticam & Apostolicam: quò videlicet eam persequentes, ideo complectantur, ut iram Dei, contra persecutores Euangelij venturam, effugiant: & nobiscum in illo die seruentur. Postremò gratulandum ob id tuæ celsitudini putabam: quòd ex lectione scripturæ sanctæ, percipit talem & tantum fructum, vt videat & indies magis sentiat: Domum Saxonicam electoriam conseruari, sicut ait Zacharias: Non per exerci- Sach. 4.
tum ac vim, sed per spiritum: vel, sicut Hoseas ait: Non per arcum aut gladium, aut bel- Hose. 1.
lum, aut equos & equites, sed per Dominum Deum. Verè Dominus noster Deus IESVS CHRISTVS est, qui donis prædictis, velut armis omnipotentiæ suæ, conser-
uat domum Saxonicam: eamq; verbo cingit, vt Ierosolymam igneo muro: contra portas in- Sach. 2.
ferorum. Exultat porrò magis lætícia mea: quòd Dominus Deus noster addidit heroico capiti, videntes oculos, & aures audientes, id est, pios consiliarios, & gentes obedientes. Hæc igitur fælicitas regiminis tui: si spem Ecclesiæ Dei complerit, auxilio promisso: diuino futurum, inclyte princeps: vt propter virtutes in principe raras, amor & deliciæ Saxonicæ domus adpelleris: & memoria nominis tui: velut Iosiæ regis, erit dulcis vt mel Syrach 49.
in ore subditorum, & in Ecclesia catholica redolebit, vt odoramentum vnguentarij concinnatum artificio: quasiq; musica suauis in conuiuio sanctorum. Spiritus patris Domini nostri IESV CHRISTI: fortunet omnia consilia tuæ gubernationis electoriæ: noti- Ps. 20.
ciamq; Christi florentem in tuis ciuitatibus vt gramen in terra viret: in alia quoq; mundi Ps. 72.
regna sic euulget atq; propaget: vt ante iudicij diem videamus: sub imperio donati nobis à Deo Cæss. Maximiliani II. reges & principes vocatos ad osculandum filium, non solum Ps. 2.
in terris quemq; suis curare doctrinam Propheticam & Apostolicam purè doceri: verum etiam quoties conueniunt, de illis canatur in Ecclesia: principes populorum congregati sunt Ps. 47.
in populum Dei Abrahæ: nam Deus à clypeis terræ vehementer extollitur. Vitebergæ 2. Martij 1565.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0015-5

זכרה לי אלהי לטובה׃
NON DESERAM TE NEC TE NEGLIGAM.
ICH WERDE IN MEINEM FLEISCH GOT SEHEN.
IO: DRA:
ΕΙ ΘΕΟΣ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ ΤΙΣ ΚΑΘ' ΗΜΩΝ;

CAPVT I.

דבר יהוה אשר היה אל יואל בן
פתגם נבואה מן קדם ייי דהוה עם יואל בר
ὁ λόγος τοῦ κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἰωὴλ τὸν
Verbum Domini quod factum est ad Ioelem filium
Das wort des HErrn das geschehen ist zu Joel dem Son

פתואל: שמעו זאת הזקנים והאזינו
פתואל: שמעו דא סביא ואציתו
τοῦ Βαθουήλ. ἀκούσατε ταῦτα οἱ πρεσβύτεροι καὶ ἐνωτίσασθε
Pethuel. audite hoc seniores & auribus percipite
Pethuel. Höret dis jr Eltisten vnd merckt auff

כל יושבי הארץ ההיתה זאת בימיכם
כל יתבי ארעא התהות דא ביומיכון
πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν εἰ ἐγένοντο ταῦτα ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν
omnes habitatores terræ sitne factum tale uestris temporibus
alle Einwoner im Lande ob geschehen sey solchs bey ewern zeiten

ואם בימי אבתיכם: עליה לבניכם ס
ואם ביומי אבהתכון: עלה לבניכון
ἢ ἐν ἡμέραις τῶν πατέρων ὑμῶν. ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς τέκνοις ὑμῶν
aut temporibus patrum uestrorum. de hoc filijs uestris
oder bey zeit ewer veter. dauon ewern kindern

ספרו ובניכם לבניהם ובניהם לדור
אשתעו ובניכון לבניהון ובניהון לדר
διηγήσασθε καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν εἰς γενεὰν
narrate & filij uestræ filijs suis & filij eorum posteritati
saget vnd ewer kinder jren kindern vnd jre kinder jren Nachkomen

אחר: יתר הגזם אכל הארבה ויתר
אוחרן: מותר זחלא אכל גובא ומותר
ἑτέραν. τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρίς καὶ τὰ κατάλοιπα
sequenti quod reliquum facit eruca absumet locusta & quod reliquum facit
andern was lassen die raupen das fressen die hewschrecken vnd was lassen

הארבה אכל הילק ויתר הילק אכל
גובא אכל חילק ומותר פרחא אכל
τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ὁ βροῦχος καὶ κατάλοιπα τοῦ βρούχου κατέφαγεν
locusta comedit fecit bruchus & quod reliquum bruchus comedit
die hewschrecken das fressen die keffer vnd was lassen die keffer das frisset

הֶחָסִיל׃ הָקִיצוּ שִׁכּוֹרִים וּבְכוּ וְהֵילִלוּ

שַׁמּוּטָא׃ אִתְּעָרוּ רַוָיַא וּבְכוּ וְאַיְלִילוּ

καὶ τρωήσατε καὶ κλαύσατε οἱ μεθύοντες ἐκνήψατε ἡ ἐρυσίβη

& ululate & flete ebrij Expergiſcimini rubigo.

vnd heulet vnd weinet jr truncken Wacht auff das geſchmeis.

כָּל שֹׁתֵי יָיִן עַל עָסִיס כִּי נִכְרַת מִ

כָּל שָׁתֵי חֲמַר עַל חֲמַר מְרַת אֲרֵי אִתְּמְנַע

ἐξῆρται ὅτι μέθυ εἰς τὸν οἶνον οἱ πινόντες πάντες

exciſum eſt quoniam muſtum propter uini potores omnes

er iſt weggenomen denn den moſt vmb Wein——ſeuffer alle

מִפִּיכֶם׃ כִּי גוֹי עָלָה עַל אַרְצִי ע

מִפּוּמְכוֹן׃ אֲרֵי עַמָּא סְלֵיק עַל אַרְעִי

τὴν γῆν μου ἐπὶ ἀνέβη ἔθνος ὅτι ἐκ στόματος ὑμῶν·

terram meam ſuper aſcendit gens Nam de ore ueſtro.

mein Land in zeucht erauff ein Volck Denn von ewrem maul.

עָצוּם וְאֵין מִסְפָּר שִׁנָּיו שִׁנֵּי אַרְיֵה

תַּקִּיף וְלֵית——מִנְיָן שִׁנּוֹהִי שִׁנֵּי אַרְיָא

λέοντος ὀδόντες ὀδόντες αὐτοῦ καὶ——ἀναρίθμητον ἰσχυρόν

leonini dentes dentes eius numerabilis & haud potens

eines lewen zeen ſeine zeene ſind zal vnd on mechtig

וּמְתַלְּעוֹת לָבִיא לוֹ׃ שָׂם גַּפְנִי

וְנִיבוֹהִי כְּבַר אַרְיְוָן לֵיהּ׃ שַׁוִּי פֵּירֵי גוֹפְנַיִמִי

τὴν ἄμπελόν μου ἔθετο αὐτοῦ. ὡς σκύμνου καὶ αἱ μύλαι

uineam meam reddit ſunt illi. leænæ & molares

Mein Weinberge Es macht es hat. einer Löwin vnd backen zene

לְשַׁמָּה וּתְאֵנָתִי לִקְצָפָה חָשֹׂף חֲשָׂפָהּ

לְצָדוּ וְתֵינַתְהוֹן לְמַפַּחַת מַקְלַת קְלַת

ἐξηρεύνησεν αὐτὴν ἐρευνῶν εἰς γλυκασμὸν καὶ τὰς συκάς μου εἰς ἀφανισμὸν

nudauit eam nudans decorticat & ficum meam deſertam

ſchelet jn es ſchelet es ſtreifft vnd mein Feigenbaum zur wüſten

וְהִשְׁלִיךְ הִלְבִּינוּ שָׂרִיגֶיהָ׃ אֱלִי כִּבְתוּלָה

וּרְמָא חוּורוּ שַׁבְשְׁתָא׃ עֲבִידֵי אִלְיָא כִּבְתוּלָא

ὡσπερ νύμφη θρήνησον τὰ κλήματα αὐτῆς. ἐλεύκανε καὶ ἔρριψεν

ſicut uirgo plange propagines eius. dealbat & reijcit

wie ein Jungfraw heule ſeine zweige. das weis da ſtehen vnd verwirfft jn

חֲגֻרַת שַׂק עַל בַּעַל נְעוּרֶיהָ׃ הָכְרַת

דְּאַסִּירָא סַקָּא עַל בַּעַל עוּלֵימוּתְהָא׃ פְּסִיק

ἐξῆρται αὐτῆς τὸν παρθενικόν τὸν ἄνδρα ἐπὶ σάκκον περιεζωσμένην

deciſum eſt ſuum uirgineum. maritum propter ſacco cincta

iſt weggenomen jrer jugent. den Breutgam vmb ein ſack die anleget

מנחת

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0018-2

מנחה ונסך מבית יהוה אבלו הכהנים
קורבנין ונסכין מבית מקדשא דייי אתאבלו כהניא
οἱ ἱερεῖς πενθεῖτε κυρίου ἐξ οἴκου καὶ σπονδὴ θυσία
sacerdotes lugent Domini ex æde & libamen munus
die Priester trawren des Herrn aus dem Haus das tranckopffer das speisopffer

משרתי יהוה : שדד שדה אבלה אדמה
דמשמשין בבית מקדשא דייי : אתבזיזו חקליא חרובת ארעא
ἡ γῆ πενθείτω τὰ πεδία πεταλαιπώρηται κυρίῳ. οἱ λειτουργοῦντες
tellus luget ager populatus est Domini. ministri
der acker stehet jemerlich das Feld ist verwůstet des Herrn. Diener

כי שדד דגן הוביש תירוש אמלל
ארי סת עיבורא יבישו גופניא נתרו
ὠλιγώθη ὁ γλεῦκος ἐξηράνθη σῖτος πεταλαιπώρηκε ὅτι
deformatum est mustum erubescit frumentum interijt nam
stehet jemerlich der Wein stehet kleglich das getreid ist verdorben Denn

יצהר : הובישו אכרים הילילו כרמים על
זיתיא : בהיתו איכריא אלילו מפלחי על
ὑπὲρ οἱ ἀμπελουργοί θρηνεῖτε γεωργοί ἐξηράνθησαν ἔλαιον.
propter uinitores ululant agricolæ Erubescunt oleum.
vmb die Weingertner heulen die ackerleut sehen jemerlich das öle.

חטה ועל שעורה כי אבד קציר ש
חיטין ועל סערין ארי סת חצר
τρυγητὸς ἀπόλωλε ὅτι κριθῆς καὶ ὑπὲρ πυροῦ
messis perijt quia hordeum & propter triticum
aus der erndte nichts wird weil die gersten vnd vmb den weitzen

שדה : הגפן הובישה והתאנה א
חקלא : גופניא יבישו ותיניא
καὶ συκαῖ ἐξηράνθη ἡ ἄμπελος ἐξ ἀγροῦ.
& ficus erubescit uitis agri.
vnd der Feigenbaum stehet kleglich der Weinstock auffm felde.

אמללה רמון גם תמר ותפוח כל
נתרא רימונין אף דיקלין וחזור כל
πάντα καὶ μῆλον φοίνιξ καίγε ῥοὰ ὠλιγώθησαν
omnes & malus palma atq; malogranatum languescit
alle vnd epffelbeum palmbeum dazu der granat baum stehet kleglich

עצי השדה יבשו כי הביש ששון
אילני חקלא יבישו ארי פסקת חידותא
χαρὰν ᾔσχυναν ὅτι ἐξηράνθη τοῦ ἀγροῦ τὰ ξύλα
gaudium confusum est quia exarescunt campi arbores
die freude ist jamer worden denn sind verdorret auffm felde bewme

מִן בְּנֵי אָדָם ׃ חִגְרוּ וְסִפְדוּ הַכֹּהֲנִים

מִ——בְּנֵי אֱינָשָׁא אֲסַרוּ ׃ וּסְפִידוּ כַּהֲנַיָּא

οἱ ἱερεῖς καὶ κόπτεσθε περιζώσασθε. ἀνθρώπων τῶν ἀπὸ

ſacerdotes & plangite accingimini. hominum filijs in

jr Prieſter vnd klaget vmbgürtet euch. den Menſchen—Kindern vnter

הֵילִילוּ מְשָׁרְתֵי מִזְבֵּחַ בֹּאוּ לִינוּ בַשַּׂקִּים

אֵילִילוּ דִּמְשַׁמְּשִׁין עַל מַדְבְּחָא עוּלוּ בִּיתוּ בְּסַקַּיָּא

ἐν σάκκοις ὑπνώσατε εἰσέλθετε θυσιαστηρίῳ οἱ λειτουργοῦντες θρηνεῖτε

in ſaccis pernoctate intrate altaris miniſtri ululate

in ſecken ligt gehet hinein des Altars jr Diener heulet

מְשָׁרְתֵי אֱלֹהָי כִּי נִמְנַע מִבֵּית אֱלֹהֵיכֶם

דִּמְשַׁמְּשִׁין קֳדָם אֱלָהָא אֲרֵי אִתְמְנַע מִבֵּית מַקְדְּשָׁא דֶאֱלָהֲכוֹן

θεοῦ ὑμῶν ἐξ οἴκου ἀπέσχηκεν ὅτι θεῷ μου οἱ λειτουργοῦντες

Dei ueſtri a domo prohibitum eſt nam Dei mei miniſtri

Ewers Gottes aus dem haus iſt weg denn meines Gottes jr Diener

מִנְחָה וָנָסֶךְ ׃ קַדְּשׁוּ צוֹם קִרְאוּ עֲצָרָה

קוּרְבָּנִין וְנִסְכִּין ׃ גְּזַרוּ תַּעֲנִי עָרְעוּ כְּנִישָׁא

θεραπείαν κηρύξατε νηστείαν ἁγιάσατε καὶ σπονδή. θυσία

cætum conuocate ieiunium ſanctificate & libamen munus

die gemeine rüfft zuſamen eine faſten heiliget vnd tranckopffer ſpeisopffer

אִסְפוּ זְקֵנִים כֹּל יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ בֵּית

כְּנוֹשׁוּ סָבַיָּא כָּל יָתְבֵי אַרְעָא לְבֵית מַקְדְּשָׁא

εἰς οἶκον τῆς γῆς κατοικοῦντας πάντας πρεσβυτέρους συναγάγετε

in ædem terræ incolas omnes ſenatum cogite

ins haus des Landes Einwoner alle die Eltiſten verſamlet

יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְזַעֲקוּ אֶל יְהוָה ׃ אֲהָהּ

דַּייָ אֱלָהֲכוֹן וְצַלּוֹ קֳדָם יְיָ ׃ וַיי

οἴμοι κύριον. πρὸς καὶ κεκράξατε ἐκτενῶς θεοῦ ὑμῶν κυρίου

O Dominum. ad & clamate Dei ueſtri Domini

O wehe Herrn. zum vnd ſchreiet ewers Gottes des HErrn

לַיּוֹם כִּי קָרוֹב יוֹם יְהוָה וּכְשֹׁד מִ

מִן קֳדָם אֲרֵי קָרִיב יוֹמָא דַּייָ וּכְבִזָּא

καὶ ὡς ταλαιπωρία κυρίου ἡμέρα ἐγγὺς ὅτι εἰς ἡμέραν

& quaſi uaſtatio Domini dies prope eſt nam diem

vnd wie ein verderben des Herrn tag iſt nahe denn des tags

מִשַּׁדַּי יָבוֹא ׃ הֲלוֹא נֶגֶד עֵינֵינוּ אֹכֶל

דְּמִן קֳדָם יְיָ שַׁדַּי יֵיתֵי ׃ הֲלָא עַד דְּאַנַחְנָא חָזַן עִיבוּרָא

βρώματα ὀφθαλμῶν ἡμῶν κατέναντι ὅτι ἥξει. ἀπὸ πανσθενοῦς

uictus oculos noſtros ante Num uenit. ab omnipotente

die ſpeis vnſern augen für Nicht kömpt. vom Almechtigen

נכרת

נִכְרַת מִבֵּית אֱלֹהֵינוּ שִׂמְחָה וָגִיל׃

פְּסַק מִבֵּית מַקְדְּשָׁא חֶדְוָא וּבְיָע ׃

καὶ χαρὰ; εὐφροσύνη θεοῦ ἡμῶν ἐξ οἴκου ἐξολοθρεύθη

& lætitia ; gaudium Dei nostri ex æde excisus est

vnd wonne. freud vnsers Gottes vom Haus wird weggenomen

עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם נָשַׁמּוּ

אִתְמְסִיּוּ גַּרְבֵי חֲמַר תְּחוֹת מְגוּפַתְהוֹן צְדִיאוּ

ἠφανίσθησαν ταῖς φάτναις αὐτῶν ἐπὶ δαμάλεις ἐσκίρτησαν

uastata sunt glebas suas subter semina dispersa Computruerunt

stehen wüste seiner Erden vnter der same Ist verfaulet

אֹצָרוֹת נֶהֶרְסוּ מַמְּגֻרוֹת כִּי הֹבִישׁ דָּגָן׃

אוֹצְרַיָּא אִתְפַּגְּרוּ אֹטְנַיָּא אֲרֵי סַת עִיבוּרָא ׃

σῖτος. ἐξηράνθη ὅτι ληνοί κατεσκάφησαν θησαυροί

frumentum, pudefactum sit quod horrea euersa quæ reposita fuerunt

das getreid. ist verdorben denn die kornheuser sind zurfallen die scheuren

מַה נֶּאֶנְחָה בְהֵמָה נָבֹכוּ עֶדְרֵי בָקָר

לְחֲדָא מִתְאַנְחָא בְעִירָא מִתְעַרְבְּלָן בַּקְרָן דְּתוֹרִין

βοῶν βουκόλια ἔκλαυσαν κτήνη ἐπισεύει ὥς

armentorum greges perplexi sunt iumentum ingemiscit quam

rinder die herde sehen kleglich das Viehe seuffzet Wie

כִּי אֵין מִרְעֶה לָהֶם גַּם עֶדְרֵי

אֲרֵי לֵית רַעְיָא לְהוֹן אַף עֶדְרֵי

τὰ ποίμνια καίγε αὐτοῖς βόσκημα οὐκ ἔστιν ὅτι

greges adhæc illis pascua non est quia

die herde dazu sie weide nicht haben weil

הַצֹּאן נֶאְשָׁמוּ׃ אֵלֶיךָ יְהוָה אֶקְרָא

עָנָא צְדִיאָה ׃ קֳדָמָךְ ייי אֲנָא מְצַלֵּי

βοήσομαι κύριε πρὸς σε ἠφανίσθησαν. προβάτων

clamo Domine ad te culpæ obnoxij facti sunt. ouium

ich ruffe Herr dich an verschmachten. schaffe

כִּי אֵשׁ אָכְלָה נְאוֹת מִדְבָּר ו

אֲרֵי קִידוּם תְּסִים אֱתָץ דִּירְוַת מַדְבְּרָא

τῆς ἐρήμου τὰ ὡραῖα ἀνήλωσε πῦρ ὅτι

deserti amœnissima loca absumpsit ignis nam

in der Wüsten die awen hat verzeret das fewr denn

וְלֶהָבָה לִהֲטָה כָּל עֲצֵי הַשָּׂדֶה׃ גַּם

וְשַׁלְהוֹבִיתָא שֵׁיצָאַת כָּל אִילָנֵי חַקְלָא ׃ אַף

καίγε τοῦ ἀγροῦ. τὰ ξύλα πάντα ἀνῆψε καὶ ἡ φλὸξ

atque campi. arbores omnes exussit & flamma

auch auffm felde. bewme alle hat angezündet vnd die flamme

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0021-8

בַּהֲמוֹת שָׂדֶה תַּעֲרוֹג אֵלֶיךָ כִּי יָבְשׁוּ

יְבִישׁוּ	אֲרֵי	קֳדָמָךְ	מִסַּבְּרָא	בָּרָא	חֵיוַת
ἐξηράνθησαν	ὅτι	πρὸς σε	ἀνέβλεψαν	τοῦ πεδίου	τὰ κτήνη
exiccati sunt	nam	ad te	uociferabuntur	agri	bestiæ
sind vertruckent	denn	zu dir	schreien	die wilde———	———thiere

אֲפִיקֵי מַיִם וְאֵשׁ אָכְלָה נְאוֹת הַמִּדְבָּר׃

מַדְבְּרָא ׃	דִּירָוַת	אֲסַת	וְאִישָׁא	מַיָּא	פִּצְדֵי
τῆς ἐρήμου.	τὰ ὡραῖα	κατέφαγε	καὶ πῦρ	ὑδάτων	ἀφέσεις
deserti.	habitacula	absumsit	& ignis	aquarum	torrentes
der Wüsten.	die awen	hat verzehret	vnd fewr	die wasser	beche

CAPVT Primum est concio legalis: hortans illa Iudęam & Ierosolymam ad pænitentiam: minitans autem, nolentibus resipiscere, pænas, uidelicet regni sacerdotijq; ablationem.

Nos caput: tanquam communem locum de pænitentia: diuidamus in membra sex.

1. PRIMVM MEMBRVM habet Epigraphen, continentem, summam & auctoritatem, personam & tempus: prophetiæ Ioëlææ.

דְּבַר יְהוָה Prophetiæ summa & auctoritas exprimitur. Vt enim uox דָּבָר indicans summam Prophetiæ, docet: hanc Prophetiam nil aliud esse, quàm legis & Euangelij doctrinam seu pænitentiæ & fidei. Siquidem primis duobus capitibus, nil aliud spirat Ioël, quàm legem seu doctrinam pænitentiæ: Tertium autem caput ad Euangelion spectans, est totum de regno Christi, pulcherrimè describens officium sancti spiritus in Ecclesia Dei. Sic è uoce יְהוָה auctoritatem indicante Prophetiæ, lucet: Ioëlem τὸν ὀαριστὴν τοῦ θεοῦ fuisse: & hanc Prophetiam, non esse mortalis hominis dogma, sed æterni uerbum Dei, loqui soliti uel per somnium uel per uisionem: teste Mose Nu. 12.

אֶל יוֹאֵל בֶּן פְּתוּאֵל de tempore & persona Prophetiæ: hoc est, per quem ad quem, & quando, facta Prophetia sit, exponamus. יוֹאֵל incipiens, uel est Deus, uel domini descensus, sonans: est natus & sepultus in agro terræ Cananææ Bethoron: patre פְּתוּאֵל quod interpretantur latitudo uel ostium Dei, uel aperiens Deus: fuitq; de Tribu Ruben. Vbi concionatus est: quia nullam omnino facit mentionem Israëlis & decem Tribuum: quicquid loquitur Propheta, credendum est ad regnum Iuda & Ierusalem pertinere. Quando uerò: Hieronymus temporibus ijsdem & regibus Ioëlem Prophetasse quibus Hoseam, adfirmat: nos simpliciter iudicamus illum secutum Iesaiam & Hoseam de regno Iudaico uastando per Babylonium uaticinantes: postq; deuastationem Israëlitici regni prædictam ab Hosea: cepisse uaticinari de regno Iudaico per Babylonium uastando, & quidem cito uastando, sicut ait: Prope est dies Domini.

II. MEMBRVM exordio reddente attentos: hortatur omnes senes, id est, magistratus, parentes, magistros, Dominos: ut templi ministerium Propheticum adiuuent, domi ea subditis liberis, discipulis, seruis docendo, quę publicè à Prophetis & concionatoribus audierunt: hoc enim seniorum officium si desit, exiguus uerbi fructus sit in minoribus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0022-3

שִׁמְעוּ זֹאת הַזְּקֵנִים Ioël omnes ſenes monendo,docet:exemplo ſuo,omnes Prophetas & concionatores, in quibusuis periculis impendentibus,omnes ex æquo hortari debere, Comminationibus exemplis promiſsionibus ſententijs diæ ſcripturæ, ad pænitentiam & fidem. הַאֲזִינוּ imp. ab אזן. הַהָיְתָה præt. ab הָיָה cum הַשְׁאֵלָה id eſt,hæ interrogationis : num fuerit.

עָלֶיהָ לִבְנֵיכֶם סַפֵּרוּ requirit à magiſtratibus,parentibus,magiſtris,Dominis:ut eo modo quem audierunt in templis doctrinam præſcribi pænitentiæ & fidei propagent:diſciplinaq; domeſtica miniſterium Propheticum adiuuent:quo uidelicet miſericors Deus magis ad impendentia pericula auertenda moueatur.

III. MEMBRVM narrationem habet : comminantem figuratè per Babylonios Iudæis uaſtationem.

יֶתֶר הַגָּזָם Grammatici הַגָּזָם à tondendo : אַרְבֶּה à magna ſe multitudine effundendo : יֶלֶק à lingendo uel corrodendo:חָסִיל à perdendo ſeu deuaſtando. Reſpiciens Ioël in Moſen Deut.28. docentem : uermes frugibus nocentes,pœnas eſſe peccatorum impænitentis populi:non ſolum ideo commemorat, annis præteritis,uermes noxios abſumſiſſe fruges & herbas:ut ſignificet,terram uniuerſam multo grauius per Babylonios conſumtum iri,ni reſipiſcant:uerum etiam docet,hac perpetua malorum conſequentia,Deum ideo malo uno præterito,nouo populum impænitentem affligere malo,quia natura tam praua eſt,ut ſemper uetera nouis peccatis accumulet : nec reſipiſcere ſoleat, donec funditus intereat. Horſum illud:quid percutiam uos addituros præuaricationem?

IIII. MEMBRVM ideo uocat ebrioſos ad reſipiſcendum:additis hortationis cauſis duabus:nempe,ſi non reſipiſcant,non modo caritate annonæ illos punitum iri,ſed etiam per Babylonios omninò uaſtatum: quia non aliter luxus ebrietaſq; uaſtationem & internitionem urbium terrarumq; antecedere ſolet, quàm Sodomiticum luxum & Gomorrhæam ebrietatem ſecuta conflagratio perditioq; eſt.

הָקִיצוּ שִׁכּוֹרִים . הָקִיצוּ à קוּץ euigilare.Imp.הֵילִילוּ à יָלַל ululare. Imp. hiphil. Dehortatio à crapula: quia non aliter Iudæos ebrioſos dehortatur à uita Sodomitica perditionis futuræ cauſa : quàm Noe mundum, Lot Sodomitas, dehortabantur. Vocatq; ebrioſos potiſsimum ad reſipiſcendum,illis uaſtationem perBabylonios minitando,ni reſipiſcant:quia luxus ebrietaſq; urbes & terras in omnia uicia malaq; præcipitant. Scitum eſt illud Hoſeæ:Fornicatio, potuſq; inebrians auferunt cor.

כִּי גוֹי עָלָה Cauſam exponit ululatus ebrioſorum futuri:clareq; indicat, per uermes noxios, Babylonios uaſtatores ſignificari:nedum uerbis militaribus uaſtationem deſcribit. מְתַלְּעוֹת à תלע eſt מ hæem. לִקְצָפָה in decorticationem:eſt enim קְצָפָה decorticatio.חָשְׂפָהּ חָשֹׂף nudando nudauit eam:Mac.cum præt. uehementiam indicat. הִלְבִּינוּ à לָבַן à quo in hithpael fit uerbum, quod ſignificat albeſco,ut Dan.12. וְיִתְלַבְּנוּ & albeſcent.Et in hiphil eſt dealbare.quanquam & in tranſitiuo capitur pro albeo, albeſco, albus fio, ut hoc loci, albi fuerunt,id eſt,ſiccati ſunt arueruntq; ita, ut albeſcerent.

V. MEMBRVM non ſolum hortatur ad reſipiſcendum, propter cauſas duas:ne uidelicet ſacra Leuitica,propter agrorum uaſtationem , ceſſare cogantur:& agris uaſtatis fames in terra fiat. Verum etiam prædicit, ni reſipiſcant,fore ut lucturi ſunt,inſtar nuptæ lugentis amaſium mortuum.

אֱלַי

אֱלִי כִּבְתוּלָה. אֱלִי ab יָלַל. Hortatur ad pœnitentiam: similitudine à luctu nuptæ plangentis amasium mortuum desumta q.d. Nisi resipueritis, haud aliter lugebitis, quàm nupta solet amasium lugere mortuum. Recita causas hortationis duas.

1. הָכְרַת מִנְחָה Prima causa luctus. הָכְרַת à כָּרַת in hofhal. Vt מִנְחָה cibarium sacrificium: ita נֶסֶךְ quicquid liquidorum in sacris libatur. Exponens ablationem rei diuinæ: non solum admonet sacerdotes officij sui, iubetq; securos esse desinere, ne uidelicet instar nuptæ lugentis amasium mortuum lugere cogantur: sed etiam prædicit luctum, ni resipiscant.

2. שֻׁדַּד שָׂדֶה Secunda hortationis ratio exponens: agrorum uastationem (causam luctus alteram cum suo effectu, id est, cessatione sacrorum causa luctus prima) describit in hoc, ut populus à uerbi contemtu, & sacerdotes à securitate deterreantur, adq; Deum inuocandum moueantur, quò uidelicet propter misericordiam in Christo promissam remittere peccata & futuram plagam amoliri dignetur. Vaticinium hoc quidem impletum 4. Re. 6. Sed Ioël non minus est derisus cum suo uaticinio à suis, quàm Lot à Sodomitis: & nos ab oratoribus rusticanis. Est hoc inter extrema generis humani mala positum: non ante Prophetis credere, quàm Prophetiæ compleantur. הוֹבִישׁ à יָבֵשׁ pudefactus est: in hiphil uerbum intransitiuum. אֻמְלְלָה præt. puhal: infirmatum est.

VI. MEMBRVM amplificat hortationem ad pænitentiam apostrophe: qua sacerdotes non modo iubet resipiscere, uerum etiam mandat illis, ut doctrina legis exemplisq; iræ Dei, populum ad pęnitentiam mouere conentur religiosissime.

חִגְרוּ וְסִפְדוּ הַכֹּהֲנִים Sacerdotes ad pænitentiam uocat: causamq; hortationis addit, nempe quòd Deus (ni resipiscant) sacerdotium ablaturus sit per Babylonium tyrannum.

קַדְּשׁוּ צוֹם Sacerdotum officium describit trifariam. Primum à sacrando ieiunio: uult enim doceri tale ieiunium instituiq;, quale Iesa. 58. præceptum, & Ionæ 3. à Niniuitis factum. Deinde, à conuocando Ecclesiam: uult enim Ioël à sacerdotibus, præsertim in periculis Ecclesiam conuocari, doceri, orari: sicut Esa. 37. conuocans, Ecclesiam docebat & orabat. Tertio à loco doctrinæ & orationis: uult enim populum in eum locum conuocari, ad uerbum audiendum & inuocandum, quem Deus præscripsit 3. Re. 8.

אֲהָהּ לַיּוֹם Describit orandi formulam in templo recitandam populo, trifariam. primum, ab horrore diei in quo per hostes affligentur: uult enim exclamatione Pathetica (ò diem illum) significare, plagam futuram supra modum horrendam, nisi resipiscant. Deinde à tristicia magna propter annonæ caritatem reiq; diuinæ cessationem accisura: uult enim prædicere, ni resipiscant, & ministerium & annonam qua ministerium sustentatur ablatum iri: adeoq; orari, ut Deus propter Christum eiusmodi calamitatem auertat. Tertio, à pecudum clamore, quo miseriam amplificat: habet enim maximam emphasim, quòd etiam pecus inuocans, ideo perire cum hominibus cogitur, quia pabulum est peccatorum: ut in diluuio Sodomæq; accidit. Sicut igitur eo consilio Baruch Iere. 36. captiui Ieremiæ mandato sacrauit ieiunium & cœtum indixit, ut per inuocationem à Babylonio liberarentur. Vt Ionę tertio rex præcepit clamorem ad Deum hominibus & pecudibus. Vt Esechias Esa. 37. ideo cætum indixit, ut ab Assyrio liberaretur. Ita Ioël eo consilio primum sacerdotes

tes iubet resipiscere: Dein conuocare adque resipiscendum & inuocandum hortari: tertio formulam orandi præscribit, ut liberentur ab horribili tyranno.

אֵלֶיךָ יְהוָה tanquàm Epilogo locum de sacerdotum officio claudit exemploque suo magis omnes homines ad pęnitentiam mouere uolens: non solum inuocat Deum uehementer, ut impendens malum propter Christum auertere uelit, sed etiam causas inuocationis addit Patheticas, uidelicet miserum gemitum brutorum clamantium, ob indigentiam pascuæ contabescentium, & internitionem rerum omnium uelut igne iam consumtarum.

CAPVT II.

תִּקְעוּ שׁוֹפָר בְּצִיּוֹן וְהָרִיעוּ בְּהַר ק

בְּטוּר	וְיַבִּיבוּ	בְּצִיּוֹן	שׁוֹפְרָא	תְּקַעוּ
ἐν ὄρει	καὶ κηρύξατε	ἐν σιὼν	σάλπιγγι	σαλπίσατε
in monte	& classicum canite	in Zion	buccina	Clangite
auffm berge	vnd rüfft	zu Sion	mit Posaunen	Blaset

קָדְשִׁי יִרְגְּזוּ כֹּל יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ כִּי בָא

מְטָא	אֲרֵי	אַרְעָא	יָתְבֵי	כָּל	יְזוּעוּן	קוּדְשִׁי
παρέστιν	ὅτι	τὴν γῆν	κατοικοῦντες	πάντες	συγχυθήτωσαν	ἁγίῳ μου
aduentat	nam	terræ	habitatores	omnes	contremiscite	sancto meo
kompt	denn	im Lande	Einwoner	alle	Erzittert	meinem Heiligen

יוֹם יְהוָה כִּי קָרוֹב : יוֹם חֹשֶׁךְ וַאֲפֵלָה

וְקִיבְלָא	חֲשׁוֹךְ	יוֹם	קָרִיב :	אֲרֵי	דַּייָ	יוֹמָא
καὶ γνόφου	σκότους	ἡμέρα	ἐγγύς.	ὅτι	κυρίου	ἡμέρα
& nebulosa	tenebrosa	dies	propinquat.	nam	Domini	dies
vnd neblicher	ein finster	tag	er ist nahe.	denn	des Herrn	tag

יוֹם עָנָן וַעֲרָפֶל כְּשַׁחַר פָּרֻשׂ עַל

עַל	פְּרֵס	כִּנְהוֹר צַפְרָא	וַאֲמִטְתָא	עֲנָנָא	יוֹם
ἐπὶ	χυθήσεται	ὡς ὄρθρος	καὶ ὁμίχλης	νεφέλης	ἡμέρα
super	extendirur	uelut aurora	& caliginosa	nubila	dies
auff	sich ausbreit	wie die morgenröte	vnd dunckel	ein wolckiger	tag

הֶהָרִים עַם רַב וְעָצוּם כָּמֹהוּ לֹא נִהְיָה

הֲוָה	לָא	דִּכְוָתֵיהּ	וְתַקִּיף	רַב	עַם	טוּרַיָּא
γέγονεν	οὐ	ὅμοιος αὐτῷ	καὶ ἰσχυρός	πολὺς	λαὸς	τὰ ὄρη
fuit	haud	cuius similis	& potens	magnus	populus	montes
gewest ist	nicht	desgleichen	vnd mechtig	gros	ein Volck	die Berge

מִן הָעוֹלָם וְאַחֲרָיו לֹא יוֹסֵף עַד שְׁנֵי

שְׁנֵי	עַד	יוֹסִית	לָא	וּבָתְרוֹהִי	עָלְמָא	מִן
ἐτῶν	ἕως	προστεθήσεται	οὐ	καὶ μετ' αὐτὸν	τοῦ αἰῶνος	ἀπὸ
annos	usque	erit amplius	non	& post eum	æterno	ab
jar sind	bis	wird mehr sein	nicht	vnd nach jm	ewig her	von

דור ודור : לפניו אכלה אש ואחריו
דר ודר : קדמוהי אכלא אשתא ובתרוהי
καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ πῦρ ἀναλίσκον τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ γενεῶν. εἰς γενεὰς
& post illum ignis deuorans ante illum est et generationis, generationis
vnd nach jm fewer ein verzerend für jm her gehet vnd für für

תלהט להבה כגן עדן הארץ לפניו
משיציא שלהוביתא כגינא דעדן ארעא קדמוהי
ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ἡ γῆ τρυφῆς ὡς παράδεισος φλὸξ ἀπτομένη
ante illum est tellus deliciosa uelut paradisus flamma ardens
ist für jm das Land —ein lust wie gart— flamme ein brennende

ואחריו מדבר שממה וגם פליטה לא
בתרוהי מדבר צדו ואת שיזבא לית
οὐκ ἀνασωζόμενος καίγε ἀφανισμοῦ ἔρημος καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ
non qui euadat atq; uastum desertum at post eum
nicht der entgehe auch einöde wie ein wüste aber nach jm

היתה לו : כמראה סוסים מראהו
הות לה : כחזו סוסותא חזוהון :
ἡ ὅρασις αὐτῶν ἵππων ὡς ὅρασις αὐτοῦ. ἔσται
aspectus eius equorum uelut aspectus illum. erit
sind sie gestalt rosse wie gestalt sind jm. wird sein

וכפרשים כן ירוצון : כקול מרכבות על
וכפרשיא כן רהטין : כקל רתיכיא על
ἐπὶ τῶν ἁρμάτων ὡς φωνὴ καταδιώξονται οὕτως καὶ ὡς οἱ ἱππεῖς
per curruum strepitu quodam cursitant. sic et instar equitum
auff wagen wie rasseln rennen sie. also vnd wie reuter

ראשי ההרים ירקדון כקול להב אש
רישי טוריא מקפצין כקל שלהובית אישתא
πυρὸς φλογὸς ὡς φωνὴ ἐξαλοῦνται τῶν ὀρέων κορυφὰς
ignis flammæ uelut crepitus irruunt montium cacumina
וְרָעֲשׁוּ שָׁמַיִם וָאָרֶץ וַיהוָה מַחֲסֶה לְעַמּוֹ

וְיִזוּעוּן שְׁמַיָּא וְאַרְעָא וַיוי סְמַךְ לְעַמֵּיהּ

τῷ λαῷ αὐτοῦ φείσεται ὁ δὲ κύριος καὶ ἡ γῆ ὁ οὐρανὸς καὶ συσσεισθήσεται

populo suo refugium erit at Dominus & terra cœlum ut contremiscant

seinem Volck wird ein zuflucht sein aber der Herr vnd erden Himel das beben wird

וּמָעוֹז לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃ וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה

וּסְעִיד לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃ וְתִדְּעוּן אֲרֵי אֲנָא יוי

ὁ κύριος ἐγὼ ὅτι καὶ γνώσεσθε Ἰσραήλ. τοὺς υἱοὺς ἐνισχύσει

Dominus ego sum quod & cognoscetis Israel. filiis & præsidium

der Herr ich bin das vnd jr solt erfaren Israel. den kindern vnd eine feste;

אֱלֹהֵיכֶם שֹׁכֵן בְּצִיּוֹן הַר קָדְשִׁי וְהָיְתָה

אֱלָהֲכוֹן שְׁכִינְתֵּיהּ בְּצִיּוֹן טוּרָא דְקוּדְשִׁי וּתְהֵי

καὶ ἔσται ἁγίῳ μου τῷ ὄρει ἐν Σιὼν κατοικῶν ὁ θεὸς ὑμῶν

tum erit sancto meo monte in Sione habitans Deus uester

als denn wird sein meinem heiligen berge zu Zion der wonet ewer Gott

e יְרוּשָׁלַם קֹדֶשׁ וְזָרִים לֹא יַעַבְרוּ בָהּ עוֹד׃

יְרוּשְׁלֵם קוּדְשָׁא וְנוּכְרָאִין לָא יְעִידוּן בַּהּ עוֹד׃

ἔτι. δι᾽ αὐτῆς εἰσελεύσονται οὐκ καὶ ἀλλογενεῖς ἁγία Ἱερουσαλὴμ

ultra. per eam transibunt non & alieni sancta Hierusalem

mehr. durch sie werden wandeln nicht vnd frembde heilig Jerusalem

* וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס

וִיהֵי בְּעִידָּנָא הַהִיא יִרְבּוּן טוּרַיָּא חֲמַר

γλυκασμόν τὰ ὄρη ἀποσταλάξει ἐκείνῃ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἔσται

mustum montes stillabunt illa in die Et erit

von süssem wein die berge werden trieffen selben zur zeit vnd sol gescheen

תיעבגתו

והגבעות תלכנה חלב וכל אפיקי יהודה *

מרת ורמתא יגרן טובא וכל פציֵרי יהודא

ἰούδα ὁ ῥύαξ καὶ πᾶς γάλα ῥυήσονται καὶ οἱ βουνοὶ

Iudæ riui & omnes lacte fluent & colles

Juda beche vnd alle mit milch werden fliessen vnd die hügel

ילכו מים ומעין מבית יהוה יצא *

יהבון מיא ומבוע מבית מקדשא דיוי יהי נפיק

ἐξελεύσεται κυρίου ἐξ οἴκου καὶ ἡ πηγὴ ὕδατα ῥυήσεται

egredietur Domini ex æde & fons aquis manabunt

wird gehn des Herrn aus dem haus vnd eine quelle mit wasser werden gehen

והשקה את נחל השטים: מצרים לשממה *

ומשקי ית מישר שיטין: מצרים לצדו

εἰς ἀφανισμὸν αἴγυπτος τῶν σχοίνων χειμάρρουν τὸν καὶ ποτιεῖ

deserta Aegyptus Sitim. torrentem & irrigabit

wüste Egypten Sitim. den strom vnd wird wessern

תהיה ואדום למדבר שממה תהיה

תהי ואדום למדבר צדו תהי

ἔσται ἀφανισμοῦ εἰς ἔρημον καὶ ἰδουμαία ἔσται

erit uasta solitudo & Edom erit

wird sein Einöde ein wüste vnd Edom sol werden

מחמס בני יהודה אשר דם נקיא שפכו `

מחטוף בני יהודא די דם זכאי אשדו

ἐξέχεον δίκαιον αἷμα ἀνθ᾽ ὧν ἰούδα υἱῶν ἐξ ἀδικιῶν

effuderunt innocentem sanguinem quia Iuda filios ob temeritatem erga

sie vergossen haben vnschüldig blut das Juda an kindern vmb den freuel be-(gangen

בארצם: ויהודה לעולם תשב וירושלם e

בארעהון: ויהודה לעלם תתיב וירושלם

καὶ ἱερουσαλὴμ κατοικηθήσεται εἰς αἰῶνα καὶ ἰούδα ἐν τῇ γῇ αὐτῶν.

& Hierosolyma habitabitur perpetuo At Iuda in terra sua.

vnd Jerusalem sol bewonet werden. ewiglich Aber Juda in jrem Land.

לדור ודור: ונקיתי דמם לא נקיתי ו e

לדר ודר: ואתפרעית דמהון לא אנא עתיד לאתפרעא

ἀθωώσω μὴ τὸ αἷμα αὐτῶν καὶ ἐκζητήσω τῶν γενεῶν. εἰς γενεὰς

(sinam inultum) nec sanguinem eorum (*& uindicabo*) *ad generationem. de generatione*

ich wil vngerochen lassen nicht jr blut vnd ich wil rechen vnd für. für

ויהוה שכן בציון: C

ויוי שכינתיה בציון:

ἐν σιών. κατασκηνώσει καὶ ὁ κύριος

in Sione. habitabit & Dominus

zu Zion. wird wonen vnd der Herr

CAPVT tertium est concio Euangelica: in qua mirandum audiemus Euangelistam Ioëlem, à doctrina legis prioribus facta capitulis, ad doctrinam Euangelij transeuntem, hoc est, ideo regnum Mesiæ graphicè describentem: ut pij corporalibus opprefsi captiuitatis incommodis, eiusmodi promisionibus sese consolarentur: perq; fidem in Christum remisionem peccatorum, uitamq; æternam consequerentur. Nos caput angelicum: tanquàm communem locum de aduentu regnoq; Christi: simpliciter in membra decem partiamur.

I. MEMBRVM hortatur Sionios ad gaudendum: propter octo causas, seu beneficia in Christo promissa.

וּבְנֵי צִיּוֹן גִּילוּ וְשִׂמְחוּ בַּיהוָה אֱלֹהֵיכֶם

Hortatio. Qui sunt autem בְּנֵי צִיּוֹן quos hortatur ad gaudendum? Nemo est qui nesciat, in monte Solymo, qui zion adpellatur, arcem extructam à Dauide. 2. Sa. 5. Promissus Christus 2. Sa. 7. Ideo rex montis sancti Zionis uocatus Psal. 2. quia Ierosolymæ docturus ac mundum redemturus esset. E quo lucet: credentes in Christum ex Iudæis primum, dein ex gentibus: à fide & confesione regis Christi filios Zionis uocari: esseq; nil aliud בני צירן Sionios, quàm Ecclesiam Christi catholicam, ex Iudæis & gentibus collectam.

גִּילוּ וְשִׂמְחוּ Intelligo simpliciter à Spiritu Christi sancto præcipi, cordis fidem & oris confesionem: ut Paulus etiam adfirmat, corde ad iusticiam credi & ore confesionem ad salutem fieri. Hoc sacrum noui testamenti longe gratisimum est Deo: testibus Psalmis de Christo omnibus. Sed obseruemus hortationis uerba: Spiritus sanctus iubet lętari & exultare in Domino Deo uestro: יְהוָה est Deus pater Christum promittens: אֱלֹהֵיכֶם est Christus promissus, & in quo pater omnia nobis donat, estq; Deus noster. Quis potest Dei Filium Christum, ut mundi Saluatorem ore læto prædicare: nisi cordis eius spiritus sanctus exultet in Domino & Deo Sionis Filio Dei? Vult igitur hortari sanctam Ecclesiam catholicam in calamitatibus, non solum ad credendum corde promisionibus de Christo: expectandumq; cum gaudio promisionum impletionem seu Christi aduentum, instar Abrahæ: sed etiam ad confitendum ore Christum uenturum, esse mundum saluaturum.

כִּי נָתַן לָכֶם אֶת הַמּוֹרֶה

Ratio hortationis octupla: seu causæ octo: imò beneficia Dei octo in Christo promissa: quæ uidelicet ad gaudendum exultandumq; mouere debeant.

1. הַמּוֹרֶה à יָרָה idem quod Ebræis מְלַמֵּד Chaldæis מְלִיץ doctor: Christus est, de quo Moses Deut. 18. Hunc audite: & Io. 1. Deum nemo uidit unquam, qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit. Ad quid uerò Christus est missus nobis doctor? לִצְדָקָה au iusticiam .s. fidei, quæ uenit per Euangelion: Opponitur n. Mosi qui est operum iusticiæ doctor. Quam sanè differentiam effectus doctrinarum Mosi & Christi subindicant Io. 1. & Paulus 2. Cor. 3. dicentes: lex per Mosen, gratia per Christum: litera occidit, spiritus uiuificat. Summatim: ideo docet lætandum, quia Christus sit credentibus spiritum largiturus, qui propter originis peccatum & legis maledictum iniustos coram Deo condemnatosq;, per & propter solam fiduciam misericordię Dei in Christo promissæ iustos coram Deo sit facturus atq; saluaturus.

Obser-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0046-7

Obſeruemus interim de quo dicatur נָתַן eſt enim omnipotens pater, qui dedit mundo Filium ſuum, Io.3. & omnia cum illo donauit credentibus Ro.8. Talem enim emphaſim habet adfixum כֶם: quo certiſsimè ſignificatur Chriſtum eſſe totum credentium & illos eſſe totos Chriſti Quis non exiliret gaudio prędicaretq́ ?

2. וַיּוֹרֶד לָכֶם גֶּשֶׁם גֶּשֶׁם ſignificat doctrinam Euangelij: ſicut Pſa. 68. מוֹרֶה imber qui poſt ſationem cadit, ut tellus irrigetur & ſementis creſcat. מַלְקוֹשׁ pluuia ſera, quæ ſub meſſem cadit, ut ſegetes longis ſolis æſtibus exhauſtæ recreentur priuſquàm demetantur. Promittit Euangeliſtas: qui non aliter Eccleſiæ lege conſcientias triſtatas, per Euangelion Spiritu Dei tempeſtiuè rigent atq; lætificent, quàm pluuia ſolet tempeſtiua agri ſementem ac ſegetem refocillare uegetareq́. Vt Ieſ. 1. כְּבָרִאשֹׁנָה ſic hoc loci בָּרִאשׁוֹן καθὼς ἔμπροσθεν ſicut in principio i. ſicut olim etiam Patriarchæ & Prophetæ Chriſtum prædicarunt fideliſsimè.

3. וּמָלְאוּ הַגֳּרָנוֹת בָּר. Per areas & torcularia, Eccleſias: per frumentum, uinum, oleum, Euangelij fructus: intelligo. Vult gaudere Sionios, quòd non modo pulchri fructus ſequentur Euangelij doctrinam in orbe terrarum uniuerſo, nedum in angulo Iudaico: uerum etiam quòd Eccleſiæ benedictio corporalis & uictus ſufficiens minimè ſit defuturus: ſicut & Eſa.30. promittitur Eccleſiæ panis cottidianus his uerbis: Dabit tibi Dominus panem tribulationis & aquam adflictionis: nec auolabit amplius abs te doctor tuus.

4. וְשִׁלַּמְתִּי לָכֶם אֶת הַשָּׁנִים Reſpicens in tempus legis ſterile, docet: ideo gaudendum, quòd doctor iuſticiæ Chriſtus, pro annis Moſi infrugiferis, dabit annum gratiæ frugiferum: de quo Eſa.61.

5. וַאֲכַלְתֶּם אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ Intuens obliquè legem Moſi: uolensq́ intelligi, per comedere Euangelio credere, per autem ſaturari, pacem habere cum Deo per fidem. Ideo gaudere uult Sionios, quòd liberati per Chriſtum ab ea doctrina, quæ conſcientias reddat famelicas, acceperunt doctrinam eiuſmodi, quæ conſcientias exaturet: iuxta illud Luc.1. Eſurientes bonis implet.

6. וְהִלַּלְתֶּם אֶת שֵׁם יְהוָה reſpiciens in legis & Euangelij diſcrimen, inſtar Pauli 2. Co. 3. Vult ideo Sionios gaudere, quòd tempore CHriſti, iuxta præſcriptum Pſalmorum 103. 118. & ſimilium, non omnes legis maledictiones, ſed omnes Euangelij promiſsiones de Chriſto prædicabuntur ita, ut Pet. Act. 15. ait. Nolite iugum importabile fratribus imponere: gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluamur.

7. וְלֹא יֵבֹשׁוּ עַמִּי reſpiciens in legis populum, qui nil habet à lege niſi confuſionem, iuxta illud Gal.3. qui ſub lege maledicti ſunt: Vult ideo Sionios gaudere, quòd credentes in Chriſtum non pudefiunt, i. liberati à legis maledicto, uiuent in regno cœlorum perpetuò, ſecundum illud Io.3. qui credit habet uitam æternam.

8. וִידַעְתֶּם כִּי בְקֶרֶב יִשְׂרָאֵל אָנִי Per agentem in medio Iſraëlis, intelligo: uenturum Meſsiam, de quo dicit Baptiſta Io.1. eſt in medio ueſtrum, qui cum ante me fuit poſt me uenit, nempe, uerbum incarnatum, è Spiritu ſancto conceptum, exq; uirgine Maria natum. Per יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְאֵין עוֹד eundem intelligo Chriſtum hominem in quo habitat omnis Deitatis plenitudo corporaliter, eiuſdem cum Deo Patre & Deo Spiritu ſancto eſſentiæ. Meſsiæ perſonam, à Deitate & humanitate deſcribens, ideo Sionios gaudere uult: quòd Deus non eo modo: quo fuit ante Chriſti aduentum, in medio Iſraëlis, nempe ſo-

lo uerbo, in nouo testamento futurum: sed inuisibile Dei uerbum in corpore uisibili Christi locuturum, & omnes Dei promissiones omnipotenter impleturum, ita ut omnes creaturæ sint cognituræ atq; fassuræ, Christum esse uerum Deum & hominem mundi saluatorem: planè sicut 1. Tit. 3. Paulus hanc promissionem impletam subindicat, dicens. Magnum est Deitatis mysterium: Deus in carne manifestatus est, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.

SECVNDVM MEMBRVM habet Prophetiam de Spiritu Dei sancto: de Ecclesia Christi Catholica: De signis tempore Christi passionis & ante resurrectionis diem euenturis, cui rationem addit, docentem, ubi debeat Euangelion oriri spiritusq; effundi.

וְהָיָה אַחֲרֵי־כֵן אֶשְׁפּוֹךְ אֶת רוּחִי׃ Aduerbio אחרי כן subindicat: posteaquam iusticiæ Doctor suum ministerium absoluerit, docendo & redimendo mundum, Spiritum sanctum iri missum: qui doceat efficere cuncta quæ Christus præcepit, ita ut qui non aguntur Spiritu Dei, non sint filij Dei, quiq; Spiritum Christi non habet, non sit Christi, teste Paulo Ro. 8.

רוחי Tertiam Deitatis personam promittit ac describit: nempe Deum Spiritum sanctum à Deo patre & Deo filio procedentem: ut Christus Io. 16. inquit, & os Christi Athanasius, Alia Patris est persona, alia filij, alia Spiritus sancti, sed Patris & Filij & Spiritus sancti una est Diuinitas, æqualis gloria, æterna maiestas, qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus, increatus Pater immensus æternus omnipotens, sic Filius, sic Spiritus sanctus: & tamen non tres increati, immensi, æterni, omnipotentes, sed unus increatus, immensus, æternus, omnipotens, ita Deus Pater & Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus, non tres Dij, sed unus est Deus.

אֶשְׁפּוֹךְ fut. à שָׁפַךְ. Innuit Spiritum largis & uarijs donis Ecclesiæ datum iri per Euangelion & Baptismum in hoc ut omnibus linguis inter omnes gentes Christum illustret cum splendore miraculorum, Instarq; pluuiæ celitus irrigantis terram aridam, irriget diuinis promissionibus tristia corda lętificetq; ad uitam æternam: quapropter & Petrus Act: 2. utitur uerbo ἐξέχεε. Non solum promittit se tertiam Deitatis personam missurum, uidelicet eo tempore modoq; quibus Pet. Act. 2. id factum esse testatur: Verum etiam indicat per Euangelion & Baptismum illum se daturum. Quod Paulus etiam in Epistolis ad Corinthios & Titum confirmans ait: Euangelion esse ministerium spiritus largiens spiritum, & per lauacrum regenerationis spiritum super nos opulente fusum esse.

עַל כָּל בָּשָׂר Intelligo eos de quibus promissio sonat; In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Per השפחות העבדים בחורים וזקני בנות בני electos illos Iudæorum, de quibus Ies. 10. reliquiæ saluabuntur. Per יחלמון חזינות יראו נבאו חלמות accipio simpliciter cognitionem Dei per Christum quam spiritus effusus per Euangelion lucere facit in cordibus omnium credentium. Vult ministerium spiritus & faciem Ecclesiæ depingere, ac docere. Primum, Spiritus officium in Ecclesia noui testamenti fore, Prophetiam, somnium, uisionem, id est, corda mouere ad credendum Euangelio Christi, & ora ad confitendum Euangelion Christi, uarijsq; donis id unum conari, ut Ecclesia per solum Christum creditum & confessum iustificetur coram Deo uitamq; consequatur æternam. Dein, adeo nullum in nouo testamento personarum,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0048-9

ætatum sexus, discrimen futurum, ut in ueteri testamento fuerunt officiorum discrimina, sed eos tantum futuros Dei filios & heredes qui spiritu Dei aguntur ad corde credentum Euangelio Christi, ad ore confitendum Christum, ad proximum diligendum, ad omnia propter Christum agendum & ferundum. Horsum illud Gal. 5. In Christo nec circumcisio nec preputium quicquàm ualet, sed fides per dilectionem operans. אֶשְׁפּוֹךְ Repetitum significat, non solum misericordiam Dei immensam eo quòd cupit per Spiritum Christi cunctos mortales saluare, modo credant Euangelio: sed etiam Ecclesiæ Catholicæ statum in nouo testamento futurum eiusmodi qualem Paulus describit Gal. 3. dicens: Postquàm fides uenit non amplius sub pædagogo sumus, omnes filij Dei estis, qui creditis IESV CHRISTO quicunque estis baptisati Christum induistis, non est Iudæus nec Græcus, non est seruus nec liber, non est masculus nec fæmina, omnes uos unus estis in CHRISTO IESV.

וְנָתַתִּי מוֹפְתִים בַּשָּׁמַיִם ׃

Per מוֹפְתִים בַּשָּׁמַיִם Intelligo, solis in tenebras mutationem tempore passionis Christi: de qua Lucæ 22. antequàm IESVS expiraret sol fulgorem suum amisit.

בָּאָרֶץ Per facta ptodigia in terra accipio ea, de quibus Matth. 27. Velum templi scissum est à summo usque ad imum, terra mota est, petræ scissæ, monumenta sunt aperta, corpora mortuorum dormientium sunt egressa.

וְאֵשׁ Crediderim per ignem significari: uel inusitatum ignis morem, uel illas flammulas & scintillulas è terra mota scissuraque petrarum emicantes.

וְהַיָּרֵחַ לְדָם Lunam in sanguinem mutari: ignem & uaporem fumidum ædi: Hebraica phrasi simpliciter intelligo: adparituram lunam sanguinolentam & lucere desituram: adeoque cœlum ipsum fumidum iri uisum.

לִפְנֵי בּא יוֹם יְהוָה Per diem Domini magnum & tremendum intelligi uult diem resurrectionis Christi & regni: ideo dictum גדול quòd Christus eo liberauit pios à Diabolo, peccato, morte, inferno, cunctaque illis beneficia à Deo promissa impetrauit: testis Paulus Col. 1. glorians: eripuit nos à potestate Satanæ, & transtulit in regnum filij sui dilecti. Dictum autem הַנּוֹרָא impijs, quia serpentis caput eo die protritum est pede resurgentis IESV, & ab eo die Satan cum omnibus membris suis Antichristis, nil aliud audit, nisi damnationem æternam ita sonantem, ite maledicti in ignem æternum Diabolo & angelis eius paratum. Vaticinatur ante missionem Spiritus sancti uidelicet tempore Christi passionis & ante resurrectionis diem, enumerata prodigia in hoc potissimum euentura, ut per ea Filius Dei cognosceretur & adoraretur, ita ut Matth. 27. narrat dicens. Centurio & qui cum eo custodientes IESVM uiso terræ motu reliquisque factis perualde metuerunt dicentes: Verè hic Filius Dei erat: Diabolus uerò cum portis inferorum ad damnationem & ignem æternum usque perterrefactarentur.

וְהָיָה כֹּל אֲשֶׁר יִקְרָא בְּשֵׁם ׃

Cultus noui testamenti summus & promittitur & describitur esse, nomen Domini inuocare. Qui locus etsi Ro. 10. sit explicatus, tamen explicetur paulò latius: quoniam ex illo Trinitas sancta fulget. יהוה est Deus & Pater liberatoris nostri IESV CHRISTI. בְּשֵׁם Nomen Domini CHRISTVS est, in quo plenitudo deitatis habitat corporaliter, & in quo Deus Pater talia & tanta bona credentibus promisit, qualia & quanta Christus in scripturis habet nomina. יקרא Inuocare nomen Domini, est in aduersis Deum in nomine

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0049-7

Christi per Spiritum petere, ut ab omnibus liberet maledictionibus legis,& omnia bona det Euangelio promissa: יִמָּלֵט saluum fieri,est:per spiritum sanctum inuocatorem fideiq; operatorem,ideo uoti compotem fieri,id est, bona promissa consequi,quia Christus promisit dicens:Quicquid Patrem in nomine meo petieritis uobis dabit. Hæc Christiano dicta satis:Nemo siquidem perfectè locum intelliget,nisi qui contra persecutores inuocare Deum cogitur: ut Apostoli Act.4. Proinde sicut Christus Apostolis prædicta cruce subijcit, Promissionsm de Spiritu sancto qui sit docturus inuocationem nominis Dei. Ita Ioël hic Spiritum sanctum fore subindicat,qui sit Christianos inflammaturus ad Deum inuocandum in nomine CHRISTI contra portas inferorum.

כִּי בְּהַר צִיּוֹן. פְּלֵיטָה à פָּלַט: euasio,liberatio. Est Euangelion Christi salutiferum per quod datur spiritus saluans, teste Paulo 2.Co.3.& Rom.1.Non me pudet Euangelij. שְׂרִידִים אֲשֶׁר יְהוָה קֹרֵא sunt omnes Christi discipuli Spiritu uncti sancto Act. 2. Quos ideo uocat reliquias,quòd maxima Iudæorum pars non credidit Euangelio,teste Ies.1. quo loco utitur uocabulo שָׂרִיד. Et 53. dicit: Quis credidit prædicationi nostræ? Causam antedictorum exponit,docetq;: Christum ideo Ierosolymæ prædicaturum Euangelion & Spiritum sanctum missurum,quia non solum Deus ipse dicit Esa.2. Exibit Domini uerbum de Ierosolyma:sed etiam Christus Lucæ 24. promittit id discipulis inquiens. Manete Ierosolymæ donec induamini uirtute ex alto. Enimuero quoniam Iudæi fuerunt ingrati (reliquijs exceptis) Euangelion translatum est ad gentes:ut sequitur.

TERTIVM MEMBRVM est de Ecclesia Christi ex Iudæis & gentibus in ualle Iosaphatæa per Euangelion congreganda:cum ratione congregationis,per בימים הָהֵמָּה וּבָעֵת הַהִיא intellige nouum testamentum:per autem אָשִׁיב שְׁבוּת יְהוּדָה וִירוּשָׁלַם promittit se credentes Iudæos à Diabolo,peccato,morte, inferno liberaturum: perq; & propter solam fiduciam misericordiæ Dei in Christo promissæ uitam æternam daturum.

עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט Idem quod Paulus ad Galatas uocat τὴν ἄνω ἱερουσαλὴμ,nempe Ecclesiam Dei, toto orbe dispersam:in qua lex & Euangelion prædicatur, iuxta præceptum Luc.24.Hoc autem וְהוֹרַדְתִּים וְנִשְׁפַּטְתִּי עִמָּם שָׁם וְקִבַּצְתִּי אֶת כָּל גּוֹיִם Impletum est, dum Christus ad Apostolos diceret Mar.ul. Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangelion omni creaturæ:Qui crediderit & baptisatus fuerit saluus erit, qui non crediderit damnabitur. Nil enim aliud promittere uult se facturum in die Pentecostes & postquàm id quod Io.10. promisit uidelicet unum pastorem & unum ouile futurum.

עַל עַמִּי Per Dei populum & hæreditatem Israëliticam intelligo Christianos omnes,hoc est,unum ouile Christi. Diximus שָׁפַט gratiæ non iræ uerbum significare idem,quod arguere mundum de peccato,de iusticia & de iudicio,& עֵמֶק conscientiæ depressionem à legis maledicto pingere. Causam ergo reddit antedictorum, docet, promittit Deus in Christo se ideo gentes omnes Euangelij prædicatione iudicaturum, quia sunt ipsæ Iudæos propter uerbum tam crudeliter persecutæ, ut non dubitarint propter uini potum aut bolum cibi confessorem Christi iugulare: nimirum si resipuerint & crediderint, odium ac persecutio nil sint nocitura: si uerò non resipuerint & crediderint,

propter

propter odium & incredulitatem sint etiam perpetuò disperituri. Hæc de gentibus à quibus Israël uastatus est conuertendis.

IIII. MEMBRVM Apostrophe insultatoria, Tyrijs, Sydonijs, Palestinis, comminatur ultionem spiritualem: propter iniurias corporales Iudæis illatas nomine religionis: qualisque ea sit ultio futura depingit: seu quales iniuriæ corporales sint ultionis spiritualis causæ futuræ.

וְגַם מָה אַתֶּם לִי צֹר Apostrophe comminatur gentibus prędictis ultionem Euangelicam non legalem, i, non quæ peccata compenset pœnis, sed quæ peccata remittat & donet resipiscentibus & credentibus uitam æternam gratis. Nec non subindicat: quicquid suis propter uerbum accidat, id sibi fieri, seque ulturum, iuxta illud Zach. 2. Qui uos tangit oculi mei pupillam attingit. Explicemus iniurias ultionis causas.

1. אֲשֶׁר כַּסְפִּי וּזְהָבִי Prima iniuria seu causa ultionis spiritualis: nempe ideo quòd spoliarunt Iudæos auro & argento ueri Dei cultui destinatis adeoquè optima supellectile, ut illis ad Deorum suorum idolatriam abuterentur: quòd sanè peccatum contra primam tabulam animaduertendum.

2. מְכַרְתֶּם לִבְנֵי הַיְּוָנִים Secunda iniuria seu causa ultionis spiritualis: nempe quòd uenditione Iudæorum deportationeque in terras longinquas, spem reditus atque instaurationis omnem preciderent. Tyrios, Sidonios, Palestinos, religionis nomine potissimum Iudæis infensos ac noxios fuisse: clarescat ex eo quòd ait: הֲבֵאתֶם לְהֵיכְלֵיכֶם מַחֲמַדַּי Quodque populo Dei fit, id Deo fieri: lucet ex eo quod ait מָה אַתֶּם לִי. Cum ergo dicit וְאִם גֹּמְלִים אַתֶּם עָלַי uelle dicere: se Tyrios, Sidonios, Palestinos, sic ulturum Euangelio, ut quòd Iudæis propter Christum eripuerunt, id Euangelio reuelato sint Christo reddituri: fulget ex illo Esa. 11. Tyrus aderit cum muneribus, uolitabunt in humeros Palæstinorum. Scribit Matthæus Christum in finibus Tyri & Sidonis Euangelion prædicasse miraculaque fecisse. הִנְנִי מְעִירָם מִן הַמָּקוֹם Promittit Deus in Christo se per Apostolorum prædicationem Tyrios, Sidonios, Palestinos iam cruce mortificatos Alexandrina, & ad Euangelion præparatos, Zach. 9. uelut ex incredulitatis somno lætifero expergefacturum, & non solum conuersurum ad Christum, facereque ut saluti Iudæorum Christo seruiant spiritualiter, quem persecuti sunt in Iudæis corporaliter: uerumetiam conuersos inflammaturum & missurum ad prædicandum Euangelium Sabæis & omni creaturæ. Quod porrò Ioël de gentibus per Iudæos uendendis ait, significat: gentes conuersas non aliter idolatria deserta seruituras Deo uiuenti illiusque proprias esse, quàm uenditus non est amplius sui iuris, sed ex uoluntate pendet emptoris. Apostoli reges exercituum, tot Iudæorum hostes seu gentes impias, suscitarunt ulti sunt uendiderunt, quot conuerterunt ad Christum, & miserunt ad prædicandum alijs quoque Christum, ut Paulus Rom. Cor. Ephe. Gal. Col. Phil. cæteros Euangelio suscitauit, ultus est uendidit, omnia ab Hierosolymis usque ad Illyricum uerbo complens.

Quia שְׁבָאִים præ cunctis gentibus auro optimo & thure sunt donati à Deo: Prophetæ libitum est שְׁבָא Ecclesiæ facere typum, in qua sola ista opt. aurum seu uerbum ac fides, ac thus seu inuocatio: quomodo enim inuocabunt eum cui non credunt? Sensum igitur uerborum dictorum esse: nempe, Deum in Christo per Apostolos eorumque discipulos ideo gentes nominatas in seruitutem ac proprietatem Iudæorum spiritualem redacturum, quia propter Christum potissimum sint Iudæos persecuti, & Deus promiserit Euangelio iniuri-

am ulturum sese: luceat ex Ps.72. sonante reges maritimi & insulares munera afferent: reges Arabum & Sabæi dona perferent: omnes reges illum adorabunt, omnes gentes illi seruient. Enimuero ne quis putet hoc de regno Christi uaticinium fallax hominis uerbum: sed Dei uoluntatem esse credat tam certò complendum quàm Deus uiuit, addens uaticinio tanquâm opificio coronidem infit. כִּי יְהוָה דִּבֵּר

V. MEMBRVM exhortatio est ironica: qua prędicit mundum quidem oppositurum Euangelio sese, uerum omnia consilia eius irrita futura. plane sicut Esa.8. Inite consilium & dissipabitur. Et Ps.2. succinit יֶהְגּוּ רִיק.

קִרְאוּ זֹאת בַגּוֹיִם Hortatur εἰρωνικῶς omnes impios ad persequendum uerbi ministros: instar Iesaiæ dicentis: inite consilium.

קַדְּשׁוּ מִלְחָמָה Prædicit impios, se Deo obsequium existimaturos facere si pios deuouéant occidantque.

הָעִירוּ הַגִּבּוֹרִים Significat Euangelion, non nisi potentes, nobiles, sapientes, habiturum inimicos: ut 1.Co.1. Paulus testatur.

כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם לַחֲרָבוֹת Significat hostes Euangelij plus operæ nauaturos, ut armis uique opprimant uerbi confessores, quàm ut terram arent segetesque demetant.

הַחַלָּשׁ יֹאמַר גִּבּוֹר אָנִי indicat uulgus quod nil potest, etiam aduersus ministros Euangelij rabiturum: siquidem nil est aliud dicere, fragilem dicere fortis sum, quàm Diabolum per impium quoque uulgus adeo Christum osurum parricidialiter, ut infirmus etiam hostis Euangelij firmus esse gestiat, quò uidelicet persequi confessores Euangelij possit. Omnes hi persecutorum affectus uno uerbo sunt expressi Ps.83. Venite deleamus eos ne sint gens. Fuit hæc pugna spiritualium & carnalium ab inicio mundi: Durabitque usque in mundi finem. Horsum illud Pauli: sicut olim natus è carne persequebatur natum è spiritu: ita & nunc. Quare cum ait: קִרְאוּ זֹאת בַגּוֹיִם De mysterio crucis uaticinatur Ge.3. expresso. Summa, non aliter iubet sanctificare bellum & cętera, quàm Christus ait Matt.23. Implete mensuram patrum uestrorum.

שָׁמָּה הַנְחַת יְהוָה גִּבּוֹרֶיךָ uult dicere: Quicquid aliquid est potest habet, per Euangelion subactum iri, uel per fidem ad salutem æternam, ut Paulus: uel per incredulitatem ad damnationem æternam, ut Herodes. Nil aliud uult comminari, quàm Ps.2. ait, qui habitat in cœlis ridebit eos.

יֵעוֹרוּ וְיַעֲלוּ הַגּוֹיִם per עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט non hic uult intelligi uallem inter oliueti montem & Hierosolymam, in qua hostes Dei confecerunt semetipsos eoque nomen ualli dederunt 2. Pa.20. sed Ecclesiam Christi toto orbe dispersam ut supra.

שָׁם אֵשֵׁב לִשְׁפֹּט prædicit ipsemet Christus se in Ecclesia catholica per spiritum sanctum ita legem & Euangelion tractaturum, ut Paulus in Epistolis & in actis Apostoli tractauerunt. Ibi porrò Deum & ædem Dei esse, ubi Deus loquitur & homines credunt: ex illo fulget. ubi mentionem mei nominis fecero, ibi ueniam ad te & tibi benedicam.

Proinde cum dicit יֵעוֹרוּ וְיַעֲלוּ הַגּוֹיִם non solum confirmat ea, quæ dicta sunt hactenus de gentium uocatione: sed etiam docet, exorto sole iusticię Christo non Ierosolymæ tantum fore quærendum Christum, sed ubicunque personuerit Euangelij uox, ibi Deum futurum καί γε ἄνω ἱερουσαλήμ.

VI. MEMBRVM hortatur Euangelij ministros, ut ideo celso & infracto sint animo ad prædicandum Christum, quia totus sit mundus secundum originis peccatum & legis maledictum condemnatus

מִכָּל

שִׁלְחוּ מַגָּל Docete in Ecclesia, sicut Esa.40. Omnis caro fenum, uerbum Domini manet inæternum: & Christus Matt.4. μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε. Non aliter uult hortari ministros Euangelij ad prædicandum Christum animosissimè, quàm Christus Luc.24. iubet Apostolos & Mar.ul.ite.

כִּי בָשַׁל קָצִיר respiciens in tempus Christi quo malicia quasi torcular plenum exundauit ita, ut nisi lumen Euangelij fulsisset in mundum, atheus mansisset & totus perijsset. Vult nil aliud dicere, quàm Matt.9. messem esse multam. Causam igitur hortationis reddit; iubetq; uerbi ministros ideo prædicando Euangelion furori Sathanæ occurrere, & mundum ruentem salutari doctrina sanare, quia sine Euangelij prædicatione mundus saluari non posit.

VII. MEMBRVM explicat tertium, confirmatq; idem uerbis alijs uaticinatur; Omnipotentiam Euangelij in Ecclesia catholica depingit summamq;.

הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ :

הֲמוֹנִים Repetitione uult intelligi plurimas Ecclesias in orbe terrarum: in quibus sonat hæc diuini iudicij uox, qui credit saluabitur, qui non credit damnabitur.

בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ per uallem iudicialem seu iudicij, uult Ecclesiam intelligi: in qua Deus Christus per Euangelion certam & definitam sententiam de toto genere humano sit pronunciaturus, & sic gentes debellaturus. Nam חרץ proprie significat certam & definitam sententiam ferre: estq; figura sumta à foro, ubi semel decreta neutiquàm rescinduntur.

Per קָרוֹב יוֹם יְהוָֹה בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ haud dubiè (ut supra) diem resurrectionis & regni Christi, uult intelligi: quo morti potestas erepta & uita per Euangelion immortalis prolata est ita: ut omnes qui credunt Filio Dei non pereant, sed habeant uitam æternam, qui uero non credunt pereant æternum.

Repetit Ioël quæ supra dixit tertio capite de עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט Prædicitq; in omnibus cœtibus Ecclesiæ catholicæ toto orbe dispersæ certam sententiam, de cunctis populis orbis terræ sonaturam, ut qui credit uiuat, qui non credit intereat. Et hanc sententiam Dei in CHRISTO prorsus immutabilem ita cunctas gentes mundi perrepturam atq; expugnaturam omnia, ut fortis leo peruadens gregem discerpit nemine prohibente: quinto Michæ teste.

שֶׁמֶשׁ וְיָרֵחַ Omnipotentiam Euangelij deliniat in utramq; partem: cum enim doctrina pænitentiæ cor tangitur, ita deficit ut ruat in profundum & clamet Dauidis instar, miserere mei Deus. Quid multis? aut credendum ut uiuas æternum, aut non credendum ut pereas ærernum. Quia Ioel hoc potissimum agit, ut ostendat Christi regnum in omnes gentes uulgandum; si quis uerbis iam dictis putet ingentem hominum multitudinem figurate significari, quæ uidelicet tam ingentem excitet puluerem, ut solis & cœli conspectus adimatur: per me liceat.

VIII. MEMBRVM uaticinatur Christum Ierosolymæ, docturum pænitentiam & fidem: liberaturum & sanctificaturum omnes resipiscentes & credentes; e quibus Ecclesia constat.

יְהוָֹה מִצִּיּוֹן יִשְׁאָג Intelligo per יְהוָֹה Christum. יִשְׁאָג docebit pænitentiam carni tam horribilem uisam: quām rugitus leonis est terrificus.

וּמִירוּשָׁלַם יִתֵּן קוֹלוֹ docebit Ierosolymæ Euangelion, quæ uox est Christi propria: ut Ioan.8. dicit, Qui uerbum meum tenet, non gustabit mortem inæternum. Nil aliud uult prædicere: quàm Christum prædicaturum Ierosolymę μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε: ibiq; discipulis mandaturum, ut pænitentiam & fidem doceant omnes gentes, quod factum esse Lucas 24. testatur. Sinit hunc rugitum præcedere Euangelion Christus, ut faciat contristatas lege conscientias sitire misericordiam Dei promissam in Christo, utq; gloriam misericordiæ Dei patefaciat in Christo.

ורעשו שמים Euangelio sonante, Cœlum apertum & non amplius clausum erit: sicut ait Ioan.1. Christus, Videbitis cœlum apertum & angelos super Filium hominis descendere. Dum oriens ex alto descendit, non solum Angeli cum hominibus colloquia

miſcuerunt,ſed etiam ſpiritus ſanctus in corda uenit credentium habitatum in illis,ut Paulus adfirmat.

וָאָרֶץ Intelligo nouam iſtam faciem terræ.i.inuitationem hominum per uerbum ac ſpiritum Chriſti conuerſorum ita:ut ſtudijs carnis & cultibus impijs abiectis,ſecundum uerbum ac ſpiritum Dei uiuant dicantq́ omnia. Sicut Col.3. Paulus etiam præcipit:quicquid ſermone aut facto egeritis, omnia facite in nomine Chriſti. Grande miraculum illud depingere uult,quòd ad rugitum & uocem Chriſti ſic mutatur & renouatur, quicquid in terris reſipiſcit & credit,ut cum angelis canat Luc.2. Gloria in excelſis Deo,pax in terra,bona uoluntas hominibus. וַיהוָה מַחֲסֶה לְעַמּוֹ ׃

יְהוָה CHRISTVS eſt.

עַמּוֹ וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל Eccleſia Chriſti.

מַחֲסֶה וּמָעוֹז Intelligo profugium & præſidium,Chriſti ſacerdotium & regnum. Vult Chriſti regnum & ſacerdotium depingere,hoc eſt,promittere Chriſtum non modo ſacerdotem Eccleſiæ perturbatæ futurum ita, ut ij qui lapſi reſipiſcunt,non aliter eius Euangelio contra legis maledictum utantur coram Deo reconciliando,quàm 1.Io.2. Docet inquiens : Si peccauimus , aduocatum habemus apud Deum IESVM CHRISTVM, qui iuſtus eſt. Verum etiam regem Eccleſiæ adflictæ futurum ita,ut ij qui oppreſsi à mundo,Satana,morte ſunt,nnn aliter fide promiſsionis & inuocatione Dei nominis per CHRISTVM contra portas inferorum certent, eluctenturq́ , quàm Paulus Ro. 8. dicens, Si Deus nobiſcum quis contra nos?ſedet ad dextram Dei qui pro nobis intercedit.

וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה הַר קָדְשׁ Eccleſia Chriſti. Per cognoſci Dominum in Sione degere:prædicatione Euangelij & Sacramentorum uſu, patefieri ubi ſit Eccleſia Chriſti, iuxta illud : Vnus Deus,una fides,unus Baptiſmus. Promittit ſe non deſerturum Eccleſiam in periculis, ſed inuocantem exauditurum,liberaturumq́,iuxta illud:Cum ipſo ſum in tribulatione,eripiam eum, glorificaboq́,quia nomen meum nouit.

וְהָיְתָה יְרוּשָׁלַם קֹדֶשׁ Fundans articulum fidei ſonantem : Credo ſanctam Eccleſiam catholicam:docet eos tantum & ſanctos & membra ſanctæ Eccleſię catholicæ eſſe,qui Spiritum habent ſanctum:quod Paulus etiam confirmat dicens,qui ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt Filij Dei.

וְזָרִים לֹא יַעַבְרוּ בָהּ Nullus Antichriſtus probabitur ab Eccleſia,ſed excommunicabitur, iuxta regulam : Pòſt unam & alteram monitionem deuita. Non ſolum docet eos,qui Spiritum ſanctum non habent Chriſti teſtem & clarificatorem,membra Eccleſiæ ſanctæ catholicæ non eſſe,teſtante Paulo Ro. 8. uerumetiam inſtituit excommunicationem teſtamenti noui talem,qualem prędixit Sach.ult.uidelicet,nullum Cananæum in æde Domini futurum:& Paulus exercuit 1.Co.5. dicens:Si quis uocatur frater & eſt ſcortator,auarus,idolatra,cum eo non edatis.2.Co.6. Seiungite uos ab illis.

IX. MEMBRVM de Euangelij dulcedine & uirtute in Eccleſia catholica uaticinatur.

הֶהָרִים יִטְּפוּ עָסִיס Comparat Euangelion ſpiritus muſto & lacti: quia non aliter conſcientias recreat triſtes per Spiritum ſanctum, promiſsionibusq́ alit,quàm uinum cor lætificat & lac corpus alit.

הֶהָרִים וְהַגְּבָעוֹת Apoſtoli & uerbi miniſtri.

יִטְּפוּ הַלְבָנָה יֵלְכוּ יֵצֵא Subintellige doctrinam pænitentiæ & fidei per Apoſtolos & Euangeliſtas factam. Nil aliud prædicere uult, quàm quod Iacob Ge.49.dentes Meſsiæ lacte candidiores & oculos eius uino rubicundiores futuros,id eſt,doctrinam pęnitentię & fidei utiliſſ.& iucundiſſ.Eccleſię futuram.

מַיִם

אֲפִיקֵי יְהוּדָה יֵלְכוּ מַיִם Promittens Euangelio successum, ideo comparat id riuulis aqua manantibus, quia: sicut ibi uirent omnia ubi est aquarum copia, ubi uerò nulla aqua, ibi sterilitas: ita ubi prædicatur Euangelion, ibi multa fiunt ad hanc & futuram uitam utilia, ubi autem non prædicatur Euangelion, ibi omuia fiunt mala, iuxta illud: quicquid non fit ex fide peccatum est.

מַעְיָן מִבֵּית יְהוָה יֵצֵא per מַעְיָן Vult intelligi Baptismum: ut Es. 12. & Sach. 13 quo peccata abluuntur, fontem ex æde Domini egredi: aquam uerbo Dei inuolutam seu Baptismum, in remissionem peccatorum institutum esse à Christo Ierosolymæ dicente Matth. ult. Baptisate omnes gentes.

הִשְׁקָה נַחַל הַשִּׁטִּים Irrigare torrentem Sitim, est: Baptisari etiam gentes omnes in nomine Christi, iuxta illud Mar. ul. Ite in mundum uniuersum & prædicate & baptisate. Nam etsi שִׁטִּים locus in campo Moabitico non procul à Iordane ubi tentoria fixerunt Israëlitæ Nu. 33. tamen pro gentibus cunctis hic sumatur. Irrigandi uocabulo utens, ut Paulus effundendi Spiritum per lauacrum regenerationis Tit. 2. Promittit Christi dogma & baptisma, ex Iudæa in totum mundum peruenturum, ad iusticiam & salutem æternam baptisatorum credentium omnium: sicut in Actis huius Prophetiæ completionem uidemus.

X. MEMBRVM incredulæ Synagogæ & Christi sanctorumq́ eius persecutrici, minatur excidium perenne: Ecclesiæ ueræ Christi liberationem ab hostibus promittit.

מִצְרַיִם וֶאֱדוֹם Intellige Synagogam persecutricem & homicidam à truculentia & sanguinis effusione dictam, uidelicet indignam uocari Iudam: sicut & Esa. 34. uocatur ob id אֱדוֹם. Cui minatur, prædicitq́, eam instar Aegyptiorum & Idumæorum hostium Israëlis deuastatorum (testantib. Mose & Obadia) uastandam, ita ut Ps. 109. & Da. 9. prædicunt etiam.

מֵחֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר דָּם נָקִי שָׁפְכוּ׃

בְּנֵי יְהוּדָה Christiani sunt דָּם נָקִיא effundere, Christum qui sine peccato & Apostolos quorum sanguis innocens propter fidem in Christum occidere. Causam exponit comminationis prædicitq́: sicut Aegyptij & Idumæi, propter Israëlitarum persecutionem extincti sunt: ita synagoga incredula propter effusionem sanguinis innocentis Christi & Christianorum euertetur funditus: ut Da. 9. ait, manebit uastata.

וִיהוּדָא לְעוֹלָם תֵּשֵׁב Ecclesia Dei uera dum sol fulget Christum in terris habebit per Euangelion. Docet igitur articulum (Credo sanctam Ecclesiam catholicam) semper in terris florituram, propter eiusmodi promissiones Ge. 12. benedicetur omnibus tribubus terræ & Ps. 72. semen habebit. Esaię 53.

וְנִקֵּיתִי דָמָם Significans inexpiabile peccatum esse fundere sanguinem uerbi confessorum teste Ps. 9. sanguinis eorum memor inquisitor: minatur hostibus Ecclesiæ certam æternamq́ damnationem, nisi resipiscant: sicut & Esa. 2. tu eis non remittes. Et Ps. 72. Sanguis eorum preciosus coram illo.

וַיהוָה שֹׁכֵן בְּצִיּוֹן Hac igitur Prophetiæ clausula: per יְהוָה CHRISTVM intelligi uolens: per צִיּוֹן Ecclrsiam CHRISTI: per שֹׁכֵן cuncta operari: Vult docere. Summam huius capitis esse, discere CHRISTVM ita nosse: quòd caput Ecclesiæ sit, per Euangelion & spiritum suum omnia cogitans, dicens, faciens, quę conferunt ad uitam æternam ita, ut sine Christo nil fieri boni possit: quemadmodum ipsemet ait Io. 15. Sine me nil facere potestis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0055-7

KK 238
(X 219.0290)
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0057-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0058-4

יוֹאֵל הַנָּבִיא

IOEL PROPHETA.

CVM TRANSLATIONIBVS FONTIS EBRAICI: CHALDAICA, GRAECA, LATINA, GERMANICA, AC EXPLICATIONE PROPHETIAE: ET INDICE REGNI CHRISTI.

DOCTOR JOHANNES DRACONITES.

Ioel. 3.

Omnis qui inuocauerit nomen Domini: saluus erit.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13 B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109747-p0059-3